

CASTIGATIONES KEHRIANAE

1. De Monasterio S. Bartolomaei de Carpineto in dioecesi Pennensi*

SUMMARIUM. = Ope codicis mediolanensis Bibliothecae Ambrosianae signati *D 70 inf.* suppleantur atque emendantur ea quae in P. Fr. KEHRII *Italia Pontificia* IV (1909) 292-99 desunt vel minus recte proponuntur, hac quidem ratione: I) codex describitur; II) excerpta ex eo inedita, scilicet cum descriptoris fr. Ioannis de Valle tum Chronici auctoris fr. Alexandri, proferuntur; III) iteratis curis «Capitula» eduntur; IV) privilegia pontificia, quae claro Kehrio vel minime vel excerptim tantum innotuerunt, pleno tenore exhibentur; V) textus kehrianus adamussim emendatur; VI) abbatum series chronologica statuitur.

Quae enucleacius sequens C o n s p e c t u s commonstret:

I. De Codice Ambrosiano *D 70 inf.*: p. 353-355

II. Excerpta inedita e Codice Ambrosiano: p. 355-363

1. Litterae fr. Ioannis de Valle ad d. Iulium Caesarem abbatem monasterii de Casanova: p. 356-359
2. Inscriptio metrica fr. Ioannis de Valle: p. 359
3. Dedicatio metrica fr. Alexandri s. Bartholomaeo patrono: p. 359-360
4. Inscriptiones metricae Alexandri monachi in Regesto occurrentes: p. 360-362
5. Alexandri monachi Appendix ad Chronicon: p. 362-363

* Opera impressa solis auctorum nominibus frequentius allegata: V. BINDI, *Monumenti storici ed artistici degli Abruzzi* (1889) 552-56 in nota; B. CAPASSO, *Le fonti della storia delle Provincie Napolitane*, in *Archivio Storico per le Provincie Napoletane* I (1876) 205-10 'Appendice'; P. Fr. KEHR, *Italia Pontificia* IV (1909) 292-99; ID., *Nachrichten der Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen: Philologisch-historische Klasse* 1898 Heft 3 (= KEHR N.); J. D. MANSI, *Sacrorum conciliorum nova et amplissima collectio*; PFLUGK-HARTUNG, *Acta Pontificum Romanorum inedita* III (1886); F. UGHELLI, *Italia Sacra* 2X^b (1722) 349-92 (i. e. editionis a Coleti curatae pars altera). Alia plenis inscriptionibus referuntur. Compendia vero *A B C D* codices de quibus hic infra; *EphC* = *Ephemerides Carmeliticae*; *IS* = *Italia Sacra* Ughelli-Coleti; *K* = KEHR; *ML* = *Migne Patrologia Latina*. - Scribendi ratio Ms adamussim sequitur, praeter haec notanda: capitales litterae et interpunctionis modus ad morem fere hodiernum sunt exacta, excepta epistola italica fr. Ioannis de Valle, in qua vetus, quantum fas fuit, expressus est. Textuum e ms. ambrosiano editorum lineae vel metrorum versus in margine numeris distincta sunt, quo facilius in ap-

III. « Capitula » variis lectionibus instructa : p. 363-373

IV. S. Bartholomaei privilegia Pontificum inedita : p. 374-388

1. Eugenius Pp. III Oliverio abbati : p. 375-377
2. Lucius Pp. III Boamundo abbati : p. 377-379
3. Lucius Pp. III monachis S. Bartholomaei : p. 379
4. Lucius Pp. III Guiseldo Laureti comiti : p. 379-380
5. Mandatum Giraldi cardinalis : p. 380-381
6. Urbanus Pp. III Girardo cardinali : p. 382
7. Urbanus Pp. III Pennensi episcopo : p. 382-383
8. Celestinus Pp. III Aprutino episcopo et abbati S. Nicolai de Trotino :

p. 383

9. Celestinus Pp. III monachis S. Bartholomaei : p. 384

Appendix : Privilegium Innocentii III et Litterae Honorii III : p. 384-388

1. Innocentius Pp. III Gualterio abbati et monachis S. Bartholomaei :

p. 384-387

2. Honorius Pp. III monachis S. Bartholomaei : p. 387

3. Honorius Pp. III Pandulfo subdiacono : p. 388

V. Castigationes in textum Kehrii : p. 388-402

Appendix : Emendationes in alios Italiae Pontificiae locos : p. 393-400

1. Episcopatus Valvensis (K IV 252-58) : p. 393
2. Episcopatus Pennensis (K IV 283-89) : p. 393-395
3. Comes Laureti (K IV 290) : p. 396
4. Monasterium s. Clementis de Piscaria (K IV 290-306) : p. 396-398
5. Episcopatus Aprutinus (K IV 310-13) : p. 398
6. Monasterium s. Nicolai de Trotino (K IV 314-15) : p. 398
7. Monasterium s. Petri de Laureto (K IV 289-90) : p. 399
8. Episcopatus Marsicanus (K IV 239-44) : p. 399
9. Additiones ad alios Italiae Pontificiae tomos : p. 399-400

A) Ad t. I, Roma : p. 399-400

I) S. R. E. Cardinales : p. 399-400

II) S. R. E. Subdiaconi : p. 400

B) Ad t. VIII, Campania : p. 400

Montecassino, Monasterium s. Benedicti : p. 400

Tabula Regestorum s. Bartholomaei synoptica : p. 401-402

VI. S. Bartholomaei de Carpineto abbatum series chronologica iuxta fr. Alexandri Chronicon et Regestum : p. 403-404

paratu imas paginas ornante citentur. In ipso vero apparatu lineas seu versus numero modulus ordinarius *inclinatus* significat, *crassior* autem ipsum quo textus (vel eius distinctiones in 'Capitulis' et in abbatum serie) praenotatur. Compendiis ac signis usu receptis utemur, in quibus haec putamus recensenda : *A B C D* compendia sunt de quibus cf. p. 364-365 (quibus adde *A^c* seu emendationem, prima manu ad privilegia); *alin.* alinea; *inf.* infra in hoc articulo; *l.* linea; *lc.* loco; *lg.* lege (legit, legendum); *n^o* numerus (casu grammaticali e contextu eruendo); *sup.* supra in hoc articulo; + addit; — omittit; — or- dinem invertit (additis numeris, si voces plures duabus sint); = idem habet; | linea ex alto inferius ducta separat varias eiusdem numeri, lineae vel versus lectiones, ne confusio oriatur. Alia suo quaeque loco praemonebuntur.

I

DE CODICE AMBROSIANO D 70 INF.

Monasterii, quod sub s. Benedicti regula s. Bartholomaeo Apostolo dedicatum Carpineti in Marsiae dioecesi Pennensi a. 962 fundavit Bernardus filius quondam Liuduni, comes Pennensis, Chronicon exeunte s. XII Alexander monachus, potissimum tabularii monumentis adhibitis, confecit; dimidio vero post saeculo, libertate amissa, coenobium Cisterciensibus s. Mariae de Casanova subiectum est, communia deinceps fata ab a. 1258 utroque monasterio experto. Utrum iam tunc archivum s. Bartholomaei in abbatiam principem translatum fuerit, difficile est dictu, quamquam Kehrio res acta videtur: ¹ etenim apud Ughelli de instrumentis monasterii s. Bartholomaei, quae fr. Alexander Chronico adiecit, vel 'ex tabular. Coenobii Casae novae' ² vel 'extat in tabulario ejusdem Monasterii s. Bartholomaei de Carpineto' ³ affirmatur, praeter ea quae de Chronici codice originali subiicienda sunt.

Codex vero fr. Alexandri, vix non autographus, littera beneventana exaratus, s. XVI haud semel descriptus est; postea periit. Cui hae fere inerant partes:

1. Prologus
2. Capitula
3. Chronici ll. 6
4. 'Appendix ad Chronicon'
5. Regestum
6. fr. Alexandri dedicatio metrica.

Kehrio quidem 'Italiam Pontificiam' adornanti, nullus codex integre omnes partes complectens occurrit. Nam, praeter aliquot documenta originalia et manuscripta excerpta chartarum continentia, duo codices Chronicon exhibentes ei innotuerunt, videlicet:

1. Brancaccianus s. XVIII (Napoli, Bibl. Brancacciana IV A 14) a fr. Benedicto Conti sorano scriptus, cui partes 1-4 insunt;
2. Chisianus s. XVI (Roma, Bibl. Vaticana, Chigi G VI 157 f. 153^r-189^v); cui quoque insunt partes 1-4 et pauca excerpta e 5, seu capitula (iuxta Ambrosianum) 7 et 9.

Exinde elucet maxima parte haud spernendi Regesti Kehrium fuisse destitutum. Felici tamen eventu nobis Mediolani in Bibliotheca Ambrosiana alia perquirentibus occurrit codex ineunte s. XVII exaratus,

¹ KEHR 293.

² IS² I (1717) III3.

³ IS² I (1717) III8.

integre fr. Alexandri opus asservans, quem Kehrii aciem et impigram sollicitudinem effugisse vehementer mirati sumus. Quamobrem supervacaneum haud aestimabitur in eius descriptione tempori paululum indulsisse.

Codex est chartaceus, 4 fasciculis constans, quorum priores 3 singuli ff. 20 complectuntur, quartus vero 24; charta una omnes ambit fasciculos adhaeretque integumento charta crassiori flexibili confecto, cuius tergum pellis subtilis protegit in eoque imo tessella inscripta '7^o' affixa est. Dimensiones eiusmodi habentur: folium 265 × 193, spatium vero lineis exarandis plumbo distinctum 211 × 146, lineis in qualibet pagina scriptis 42/43.

Iuxta fasciculos supra laudatos codicis ff. 84 computantur, numerus autem originalis solummodo 79 recenset, cuius rationis specimen, una cum operis argumenta, breviter subiecturi sumus:

f. <1> n. n.: 1^r signaturam praebet 'D. n^o 70. P. te I N. 7'; 1^v 'R'.

f. <2> n. n., recentius vero plumbo 'I': 2^r inscriptionem praesefert ' + | Chronicorum Liber. | Monasterii Sancti | Bartholomei Ord = | inis Cisterciensis. a quodam Alexandro Monacho conscriptus, ut in calce. ' ; f. <2^v> vacat.

f. <3>^{rv} recentius plumbo 'II': litterae italicae fr. Ioannis de Valle, codicis descriptoris, ad abbatem Iulium Caesarem Mattuci datae Casanovae 1 martio 1606.

f. <4> = f. I computationis originalis, deinceps afferenda:

f. 1^r: 'Prologus authoris chronicorum. Cum quaedam instrumenta huius Ecclesie... »

f. 1^v vacat.

f. 2^r: 'Incipiunt Capitula'.

f. 4^v: 'Expliciunt Capitula. | Incipit liber Chronicorum Primus'. Sequitur series sex librorum, quorum quisque 'incipit' et 'explicit' adornatur, quae quidem singulatim omittenda hic ducimus:

ff. 4^r - 7^r: L. I

ff. 7^v - 9^v: L. II

ff. 9^v - 11^v: L. III

ff. 11^v - 14^v: L. IV

ff. 14^v - 19^r: L. V

ff. 19^v - 23^r: L. VI

f. 23^r: «Explicit liber sextus, et Chronicorum ultimus. | Incipiunt Instrumenta, et Priuilegia huius Ecclesiae'.

ff. 23^r - 78^v Instrumenta et Priuilegia (seu Capitula 7-169).

ff. 78^v - 79^r: inscriptio metrica fr. Alexandri, quae incipit: 'Presens vita breuis ditescit flore caduco ».

f. 79^r: inscriptio metrica fr. Ioannis de Valle, quae incipit: 'Hunc tibi sume librum sanctissime Bartholomee ».

ff. <83-84> n. n. vacant.

Codicem denique littera quae dicitur beneventana ab auctore fuisse

exaratum, et fr. Ioannes de Valle in epistola italica ⁴ et fr. Benedictus Conti soranus in calce l. I ⁵ ultro fatentur.

Cum autem Chronicon in duobus quoque codicibus, quorum Kehrius meminit, sit asservatum, breviter de eis disserendum. Iuxta Kehrium ms. Brancaccianum s. XVIII a fr. Benedicto Conti Sorano conscriptum est, Chisianum autem s. XVII; ergo necessitudinem inter utrumque diligens auctor haud certe perspexit. Etenim declaratio quam codex Brancaccianus in calce l. I praefert, in codice quoque Chisiano ⁶ legitur, e quo ad evidentiam denuo hic edendam ducimus:

Explicit liber I. | Ego fr. Benedictus Conti Soranus Ord. Cister. apud Monasterium Casanoue | in Aprutio, cuius nunc Monasterium S. Bartholomei, de quo fit mentio, membrum | est, supradictum librum primum manu propria copiaui ex libro coriaceo ca- | ractere longobardo existente penes priorem dicti Monasterij, et facta collatione | concordat etc. sicut qui sequuntur licet aliena manu transcripti ab eodem libro ⁷.

Proinde et codex Chisianus cum Brancacciano intime connectitur et originalis fr. Benedicti nequit dici, utpote qui una manu sit exaratus; Brancaccianus vero, si quidem originalis sit (de quo, cum nondum ipsi examini subiecerimus, nihil concludendum fas est), Chisiano antiquior sit oportet; utcunque unius descriptionis sunt testes et textum prae-buerunt Ughellio, qui, nostra utique sententia, codice ipso fr. Alexandri numquam est usus.

II

EXCERPTA INEDITA E CODICE AMBROSIANO

Codici, quem diligenter, ut ipse fatetur,⁷ post ambiguitatem illum retractandi superatam, descripsit, fr. Ioannes epistolam italicam praemisit, qua operis quod abbati superiori suo dicat perspicue rationem exhibet. Operae praetium duximus eam hic edere; cui continuo adiciemus versus, quibus, fr. Alexandri stilum et morem imitatus, labores suos s. Bartholomaeo obtulit, exemplari ipsi finem imponens.

Fratris vero Alexandri, praeter aliquot versus in fine l. V Chronici

⁴ inf. p. 357, ll. 35 s.

⁵ hic inf.; CAPASSO 405; BINDI 555 not. I.

⁶ f. 158^r ll. 17 s.

⁷ inf. p. 357 s.

exstantes, qui in editione ughelliana leguntur,⁸ plures in Regesto collegimus inscriptiones praecipuis quibusdam instrumentis et privilegiis praefixas, easque numeris capitulorum quo pertinent praenotavimus. Insuper fusiori calamo, praeclarum opus consummans, librum metricè s. Bartholomaeo dicavit. Quae omnia tantum in exemplari Ambrosiano servata sunt.

De 'Capitulis', quorum novam editionem, locupletissimo apparatu instructam, ad codicis Ambrosiani fidem exegimus, evulgandam censuimus, quaedam suo loco enarranda occurrent.

1

Litterae fr. Joannis de Valle
ad D. Julium Caesarem Mattuci Abbatem Monasterii de Casanova.
Casanovae, 1606 mart. 1. (f. I^{rv}).

Gratum animum erga benignissimum sibi Domnum Iulium Caesarem Mattuci, monasterii de Casanova abbatis, in spiritualibus meritissimum card. Friderici Borromei, abbatis commendatarii, vicarium, prolaturus, antiqui codicis, longobardorum scriptura exarati, Chronicon monasterii s. Bartholomaei cum suis instrumentis amplectentis, litteralis exscriptionis opus, licet ob festinationem haud aequè perfectum, utilitate autem eidem abbati, propter iurium illius ecclesiae, tunc Casanovae subiectae, plenissimum conspectum, forte non destitutum, libentissime offert et dicat.

Al molto R.^{do} Sig.^{re} Don Giulio Cesare Mattuci Abbate di Ciuitella Casanova, et per l'Ill.^{mo} et R.^{mo} Card. Borromeo sopra la Giurisdittione spirituale della Badia vicario meritissimo. I'

Li Phisici dicono, Sig.^{re} mio molto R.^{do}, che la natura ha sculpito
 5 nel Anima nostra vn certo instinto, et particolare affectione, che ci tire, et torce per forza, ad amare piu vna persona che vn'altra, et dicono cio procedere dal influentia delle constellatione de Pianeti, et cause se-
 conde, che debbono hauere simile concorenza, et aspetto nella natiuita dell'vna, et del altra ; il qual'effetto fa che in diverse anime s'incontrino
 10 simile humore et inclinatione, et che se non fusse la virtu della diuersita dell educatione, che viene ogniuno nel suo particolare, verrebbero ad essere inclinati a simile passione, et affectione. La quale opinione vienne da essi prouuata, et verificata, non solo dalla pratica humana, ma ancora

⁸ IS 2X^b 374.

15 dalla speculatione, et consideratione delli ordinari motivi di certi animali irrationali, li quali se vedeno piu amoreuolmente acostarsi, et accompagnarsi, ad vno piu ch'ad vn'altro, et non solo della medesima spetie, ma ancora diuerse, et qualche volte contraria, aliena, et forestiere. Et da qua il prouerbio 'similis similem querit, amat, et obsequium prestat'.

20 Non intende con tutto cio presumere, hauer alcuna cosa tale, nella naturale inclinatione mia, che sia degna d'essere paragonata, o assimilata, ad vna minima particella della virtu di V. S., nella dichiarazione della quale non voglio intrare, si per fugire la nota d'adulatione, come per timore di piu presto oscurire il splendore delli suoi meriti, che illustrargli, et dargli vn minimo raggio della luce che meritano, non essendo
25 di gran lunga la capacita mia sufficiente a cio; ma me contentaro (restando dentro li termini, et confini della modestia) certificare al mondo, che l'affetione che V. P. sempre m'hà mostrata, condotta, et gouernata, d'una prudenza, quanto puo essere tra li mortali isquisita, la forza della
30 qualle me tienne vinto, et constretto seruire, et honorare, quelle natura, della quale desidero essere, se non imitatore, almeno amatore, et seruitore.

Questo è stato il pensiero, con il quale feci resolutione pensando compiacere a V. P. di pigliare quest'impresе di transcriuere quest'opera delle
35 Croniche di S. Bartolomeo, voltando et mutando solo il carrattero antiquo de Longobardi, in moderno, et vulgare, lassandola nella medesima lingua, et frasa latina, la quale nella narratiua delli sei libri intitulati Croniche, et nelli priuilegi, et letre de Pontefici, et principi, se truoua assai corretta, et passabile, ma per tutta l'opera, et instrumenti fatti
40 da notari, et altri particolari, pieni di barbarismi; il che a lettori piu presto darra materia di ridere, et burlarsi, che scusare l'usanza di quel tempo, et la simplicita di quella gente, habitatore di questa prouincia, che tanto poca stima faceua della pratica almeno mediocra della lingua latina.

45 Et questa consideratione me trauagliò molto nel principio del'opera, prima me potessi in me stesse risolvere, se io la douesse sequitare, de verbo, ad verbum, come pareua fusse conueniente, all'ottorita di quell'antichita, ouero per vitare la calomnia che facilmente se darra al transcrittore, da chi non hauera letto la presente Epistola, il auertimento,
50 ouero l'ultima ellegia in rima che comincia: 'Presens vita breuis' a tergo del foglio 78.^a io la douesse riformare, et farne come

⁸¹) 8 videtur corr. (ex 1?) A^c

vna traduzione, et translatione. Ma in fine, il tutto ben ruminato, contrastato, et bilanciato le ragione, et del si,^b et del non, *consideratis considerandis*, me sono in fine risoluto, al imitatione di quello deuoto, et religioso padre Alessandro, compilatore di quest opera, cioe lassare integro il stille suo vero; et per vitare ogni sospitione di falsificatione, agiunzione, o minutione, contentarmi del titolo di transcrittore sollamente, come giustamente mi conuienne, non hauendovi mutato, aggiunto, ne minuto, vocabuli, dittione, ne sillabe alcune, ma solo la figura del carrattero, nell quale se ci sara errore, come io confesse, che troppo spesse se truouaua,^c supplico V. S. non atribuire ad altro diffetto, che alla prescia; che molto volte hauendo la mente occupata di molti pensieri, appartenenti alla vocatione mia, m'ha sturbato dal atentione, che me proponeua hauere alla perfettione di quest'opera, hauendola a presentare a V. S. et in breue tempo, in testimonio del seruitio, che gli ho dedicato, et come a lei piu conueniente, essendo come ella è meritamente preposto dal Ill.^{mo} et R.^{mo} Card. Borromeo luce, et splendore di santita nel mondo christiano, in quella dignita di *vicario* in spiritualibus, sopra la giurisdictione della Badia || di Casanoua, nel quale essercitio si adopera con tanta diligentia, et fidelita, non spargnando ne spese, ne fatiga, mirando sollamente, et principalmente al honore, et seruitio et^d *Padrone* Ill.^{mo} et R.^{mo}.

Io considerando in cio il zello suo, mi parse hauer il campo aperto, et occasione rileuante di fargli opera, et seruitio grato, transcriuendo, et presentandogli questo libro delle Croniche di S.^{to} Bartolomeo di Casanoua del Ordine Cisterciense, nel quale contiene tutti li instrumenti, contratti, et fede, delle fundatione, dotatione, donatione, lasciti, permutatione, transattione, compre, et regione, di feudi, censi, possessione, di chiese, castelli, et altri gius, et priuilegi, et temporali, et spirituali, gia hauute, et possedute pacificamente, dalla chiesa di S. Bartholomeo, et hogi di S.^{ta} Maria di Casanoua; acìo oltra la matura intelligentia, et pratica, che tienne delle cose spirituale, et temporale, se potesse ancora seruire di quest'opera, come zelante del honore, et vtille del *Padrone* Ill.^{mo} et R.^{mo}, ricognoscendo in detta opera, quello che giustamente e, et dourebbe essere del suo dominio, et giurisdictione, et spirituale, et temporalle.

Et non credo essermi punto ingannato nel mio disegno, cioe che V. S. riceuera questa mia fatiga, non secundo la quantita dell opera,

^b) et del si *bis scriptum* del. A^c

^c) *lg.* truouara

^d) *lg.* del

essendo pocca, ma secundo la qualita del animo sincere, ch'io^e di fargli
90 ogni grato seruitio.

Et in tanto se dignara commandarmi altro, gli bacio humilmente la
mano, pregando il Summo Sig.^{re} la conserui in prosperita, et perpetua
felicità.

Da Casanoua il primo di Marzo .1606.—

95

Di V. S. M. R.

humile et aff.^{mo} ser.^{re}

f. Ioannes de valle. M. Cisterciense.

2

Inscriptio metrica fr. Ioannis de Valle. (f. 79^v)

Hunc tibi sume librum, sanctissime Bartholomee,
ac anime miserans auxiliare mee;
sis et Joannis memor, est tibi qui famulandi
et me posco lue crimine siue lue;
5 nec tolleres ire quo vadit filius ire,
cum perit hec species fitque fides species;
quod fides vel spes fient species simul et res
succurras citius tunc mihi propitius.

Amen.

10

frater Joannes de valle a vetusto codice
de verbo ad verbum transcripsit.

3

Dedicatio metrica fr. Alexandri S. Bartholomaeo patrono

(f. 78^v - 79^r)

Presens vita breuis ditescit flore caduco
Et subito animus perit obsita gloria fuco.
Horas ac annos tristes habet utique menses
Pretereuntque dies vt naues poma ferentes,
5 Quorum sentimus pondus ferimusque laborem,
Sed non gustamus neque nos sentimus odorem.
Hic dum viuut homo patitur discrimina multa :

c) lg. ch'i ho

2 8 succurras] saltem r² videt. corr. A¹ II verbo] o corr. ex um A¹

Gaudia sint omnis carnis cum carne sepulta.
 Ad modicum parens vapor hec est denique vita,
 10 Pocula que donat mortalia sint aconita,
 Diuitie cuius pereunt quasi fumus in auras,
 Preter quas pietas celestes mittit in aulas.
 Altera vita sequens est xp̄i numine plena :
 His corruptelis et casibus est aliena.
 15 Cum nunquam desint sed sunt ibi gaudia tanta,
 Nec prosa possunt promi nec carmine tanta.
 Qua propter nulli sit commutatio dura, ||
 Pro sempiternis si tradiderit peritura. 79^r
 Hunc librum quare sum de propriis operatus,
 20 Sit peccatori deus vt mihi propitiatus ;
 Offero quem letus nunc sancto Bartholomeo,
 Vt pro me semper supplices ipse deo,
 Noscat Alexandrum me dictum gratia vestra,
 Quem precibus vestris defendat ecl<esiast>ica dextra.
 25 Corrige tu lector dictum si quid ineptum :
 Sit nihil vt falsum, sed cuiquid dicito rectum.
 Instrumentorum non fit mutatio quequam :
 Scribitur in verbis velut est expressio nequam.
 Dicant exempla velut exemplaria monstrant,
 30 Et noua sic maneant autentica qualia constant.
 Ergo deum quare tu qui legis ista precare,
 Crimina condonet, paradisum quod mihi donet
 — .. finis .. —

4

*Inscriptiones metricae Alexandri monachi in Regesto occurrentes*1 (ad n^o 109)

Tunc est sancta stipes, cum pietas erit sibi stipes.
 Jste boni flores operis reparabant odores.

2 (ad n^o 116)

Pampo pennensi<s> presul ius pontificale
 Ex hic descriptis fecit esse monasteriale.

3 8 omnis] lg. forte omnia 15 sunt] lg. sint 24 ecclesiastica] elica A
 25 scriptam A 26 cuiquid] lg. quidquid
 4 1 iste] prob. lg. isti | reparabant] a³ = o? A (corr. rep.unt?)

3 (*ad n^o 120*)

Hic Malmozectus huic ecclesie, quia rectus,
Felonacum donat : littera scripta sonat.

4 (*ad n^o 121*)

Huic Carpinetum damus ecclesie monasterio totum :
Scripta diserta ferent, facient vobis ea notum.

5 (*ad n^o 126*)

Presul Eribertus pennensis homoque disertus :
Eius Pamponis confirmat facta prioris.

6 (*ad n^o 128*)

Ecclesiam sancti nunc eximo Bartholomei,
Vt tantum Papæ totaque subsit ei.

7 (*ad n^o 130*)

Predecessorum Grimualdus facta m<e>orum
Antistes firmo, scripti munimine firmo.

8 (*ad n^o 133*)

Papa per essegim pius Jnnocuus vocatur :
Hic meritis concors nomen habet datur ;
Ecclesiam scripto pater hic hanc eximit isto.

9 (*ad n^o 134*)

En ego Rambotus inclinis corpore totus,
Abbas, ablatis te restituo modo gratis.

10 (*ad n^o 148*)

Moribus Vrbanus et nomine pontificatus
Addidit hic quedam specialia Papa beatus.

11 (*ad n^o 155*)

Istius iste bonus pius ecclesieque patronus
Et libertatis fuit auctor digniquetatis.

12 (*ad n^o 164*)

Abbas trina cape Gualterius munera Papæ :
Testamentorum tu cornua ferto duorum
Et delinquentes hac virga corrige gentes.

3 Malmozeatus lg A, sed consonantia exigente correximus

Ecclesiæ sponsum factus anulus iste pudoris
Te cui te sancti constringat fedus amoris.

13 (ad n^o 165)

Romanus Siculus simul hic Rex Imqueperator
Muniit ecclesiam scriptis hanc iuris amator.

5

Alexandri monachi Appendix ad Chronicon

Nec ex eodem codice Ambrosiano ea quae ab Alexandro monacho
appendicis instar Chronico, Innocentio III Pontifice, adiecta, ab Ughel-
lio quidem praetermissa, a Capasso-Bindi autem edita e Brancacciano,
omittenda censuimus.

8 Prologus in fundatione (f^o 24^v).

Jure postliminii^a reuocato prescriptionis^b edicto pariter cum pre-
scriptore^c in eternitatem sublato,^d per longam quietem optime repa-
ratus, qui prius gloriabar^e discintus, ad interpolata^f studia iterum
5 letus accingar,^g et que^h de memorato abbate Gualterio dicenda super
sunt,ⁱ presenti pagine^l studiose aggrediar annotare.

Cum igitur sub predicto Henrico imperatore terra sileret, gladiis
conuersis in falces, et in vomeres lanceis, idem imperator apud Tra-
num^m solemnem curiam celebrauit, vbi dictum nostrum Abbatem be-
10 bigne suscipiens, Monasterium istud plena libertate donauit, Carpi-
netum et Faramⁿ cum suis pertinentiis pleno iure concessit; inde in
Allemaniam regressus, Guilielmo^o filio Regis Tancredi cum multis
nobili<bu>s^p huius Regni secum captiuus deductis. Iterum postmodum
Panormum reuersus, in Messana ciuitate Sicilie diem^q mortis clausit^r
15 extremum, Constantia imperatrice sua uxore, filia quondam Regis Ro-
gerii, a quo^s regnum ei de iure competebat paterno, cum trieno^t filio
suo Federico^u regnante post eum. Que non post lapsum longi temporis
viam vniuerse carnis intrauit et ad patres suos apposita,^v tutela<m>^x

5 Extat in cod. Chisiano (= B) et in Brancacciano (= C), e quo ediderunt
Capasso 309-10 (= C¹) et post eum Bindi 555-56 (= C²). Variantes lectiones ex
B et C subiiciuntur.

a) postlimini C b) proscriptionis B C c) proscriptore B C d) sub-
latus C e) gloriabatur B f) interpellata B C g) accingor C h) et
que] atque C i) supersunt C¹ l) pagina B C m) Thranum B n) Pha-
ram B C o) Guillelmo B C p) nobilibus B C q) diem] — B C r) clau-
sis C s) qua B C t) triennio B trienni C u) Frederico B C v) opo-
sita C x) tutelam B C

regni et filii Domno Papa <e>^y in testamento^z delegauit. Inde Domnus
 20 Papa vniuersos huius regni nobiles sibi tutelam^a et Regi^b fecit^c
 iurare. Dicitur^d autem Rex Federicus,^e cum ad annos aetatis legitime
 peruenisset, desponsauit^f sibi Constantiam, sororem Regis Ragone.^g
 Cum itaque memoratus Abbas Gualterius, agendis huius Monasterii
 25 tanquam studiosus operarius insudaret, Domno^h Papa <e>ⁱ Inno-
 centio tertio⁹ Reate venienti expensarum^l exhibuit procurationem.^m
 Inde, cum campanile huius ecclesie diuino iudicio rueret, dictus Abbas
 cepit ipsum firmioriⁿ opere ac grossiori,^o fundamentis melioribus
 reformare. Ricardus^p de Britulo^q et filius eius comes, et Ricardus
 filius Coni filii sui, abrenuntiauerunt omni iuri, omni^r actioni, si
 30 quam haberent, aduersus Monasterium istud^s vel eius possessiones aut
 tenimenta in perpetuum, et scripto roborauerunt.

III

'CAPITULA' VARIIS LECTIONIBUS INSTRUCTA.

'Capitula' seu documentorum series, quam post Prologum ser-
 uarunt codices Ambrosianus, Chisianus (licet Kehrius huius non me-
 minit) et Brancaccianus, necnon Barberinianus unus separatim, e
 codice Brancacciano vulgavit Capasso et huius editionem haud feliciter
 recudens Bindi.¹⁰ Capitula in codice Chisiano forte Kehrio effugerunt.
 In Ambrosiano Capitula numeris continuis praenotantur, computatis
 quoque sex libris Chronici (= n^o 1-6), qui ad 169 pertingunt. In Chi-
 siano vero et Brancacciano libri Chronici a serie Capitulorum exclu-
 duntur, nec numeris haec ipsa distinguuntur. Computus contra con-
 tinuus inuenitur in codice Barberiniano, cuius n^o 1 = 11 Ambrosiani,

^y) Pape C ^z) testamentum C ^a) tutelam B C ^b) Regni B C
^c) fecit] + fidelitatem B C ^d) Dominus C ^e) Fredericus B C
^f) disponauit C ^g) Aragonie B C ^h) domino C ⁱ) Pape B C (Pape B)
^l) 'expectatum (expertum?)' C ^m) procuratorem B C ⁿ) firmiore
 B C ^o) grossiore B C ^p) Riccardo B C ^q) Brittulo B C ^r) om-
 nique B C ^s) istud] — C

⁹ BINDI 551 not. 2, quamvis denuo hanc narrationem ediderit, parum sibi
 constans auctores allegat, eis utique adhaerens, qui '.... affermano che Ales-
 sandro fu Monaco Benedettino, e scrisse sotto il pontificato di Celestino III
 fino all'anno 1193, in cui forse morì'. Nequirit tamen datum nosse instrumenti
 Coni f. q. Riccardi de Britulo 'in presentia Domni Gualterii' abbatis a. 1204
 ind. 7 ian. (A f. 77^r n^o 166).

¹⁰ CAPASSO 205-09; BINDI 552-55 not., cuius oscitantia hic infra et in appa-
 ratu euidenter patet.

et quia deest Ambrosiani Cap. 169, necnon duo Capitula (= Ambrosiani 82 94) in supputatione ommissa sunt, insuper Capitula 166-68 post numerationem sunt addita, omnia simul computata sunt 153. Attamen in f. 92^r praebentur inscriptiones quae cum Capitulis 1-10 Ambrosiani conveniunt, quin tamen propriis numeris sint instructi, scilicet :

$$92^{\text{ra}} = 7 - 10$$

$$92^{\text{rb}} = 1 - 6.$$

Manus quae ff. 92 et 93 codicis miscellanei Barberiniani exaravit, similis est, licet rudior et maiori littera utatur, manui fr. Ioannis de Valle. Eadem manus post scripta Capitula, ea numeris donavit; serius alia seriem revidit, castigavit, ommissa inseruit, atramento obscuriori et littera negligentiori.

Textum codicis Braccacciani ex editione Capasso - Bindi desumere necesse fuit, cum nulla hucusque facta sit facultas exemplaris ipsius inspiciendi. Aliquotiens autem utraque editio distinguenda fuit, quia Bindi textum Capasso perperam legit. Insuper, nescio quo casu aut qua ratione id evenerit, series Capitulum apud Bindi omnino perturbata legitur, quam, cum Kehrius rem haud adverterit, ita restituendam duximus :

- 1° p. 552^a
- 2° p. 553^a usque ad 'De Casale'
- 3° p. 552^b
- 4° p. 553^b usque ad 'De una petia terre in Andravano'
- 5° p. 553^a a 'Valentinulo' ad finem usque
- 6° p. 554^a a 'De Azzano' usque ad 'De convenientia inter Abbatem'
- 7° p. 553^b a 'De S. Angelo in Corneto' ad finem usque
- 8° p. 554^b ab initio usque ad 'De S. Petro de Allano'
- 9° p. 554^a a 'De constitutione S. Marie sub Britulis' ad finem usque
- 10° p. 555^a (4 Capitula)
- 11° p. 555^b tantum 'Littere di PP. Urbani G. Vicario'
- 12° p. 554^b a 'Littere Matthei Vicecancellarii' usque ad finem
- 13° p. 555^b (1° loco) tantum 'Expliciunt Capitula'.

Capitula hic denuo eduntur iuxta textum codicis Ambrosiani, cuius fidem Regestum privilegiorum et instrumentorum in hoc uno manuscripto integre asservatorum satis firmat. In apparatu tamen variae reliquorum codicum lectiones exhibentur, ultimo vero loco lectiones Regesti ipsius codicis Ambrosiani; quorum quaenam sint adhibita sigla sequens conspectus admonebit.

A Milano, Bibl. Ambrosiana D 70 inf. ff. 2^r-4^v (23^r-78^v)

A¹ Capitula post Prologum A² inscriptiones in Regesto

- A*^{1*} *A*^{2*} textus ante emendationem *A*^{1'} *A*^{2'} textus post ipsius primae manus emendationem
- B* Roma, Bibl. Vaticana, Chigi G VI 157 ff. 153^v-154^v (= nova numer.)
- B** textus ante emendationem *B*¹ post emendationem eadem manu
- C* Napoli, Bibl. Brancacciana IV A 14
- C*¹ ed. Capasso *C*² ed. Bindi, si quando concordia desit
- D* Roma, Bibl. Vaticana, Barberini 3208 ff. (92^r) 93^r-94^v
- D** textus ante emendationem *D*¹ post emendationem eadem manu eodem tempore perfectam *D*² post retractationem sive eadem manu sive alia alio tempore effectam

Scriptiois variam rationem tunc tantum dignam quae afferretur duximus, cum de nominibus sive personarum sive locorum propriis ageretur. Omissiones autem, commixtiones et separationes integrorum Capitulorum in apparatu diligentius recensitas, brevis hic indiculus, ad Ambrosiani codicis amussim redactus, ostendat :

Capit. 1-10	<i>om B C D</i> (sed cf. <i>D</i> f. 92 ^r)
» 13	<i>om C</i>
» 24	<i>om B C</i>
» 25	<i>om B C</i>
» 26	<i>om B C</i>
» 27	<i>om B</i>
» 28	<i>om B C</i>
» 57	<i>mix cum 56 C</i> ¹
» 70	<i>om B</i>
» 76	<i>om C</i> ²
» 82	<i>om D</i> *
» 89	<i>om C</i> ²
» 93	<i>om B C</i>
» 94	<i>om B C D</i> *
» 96	<i>sep et aliam lineam constit. B C</i>
» 104	<i>sep et aliam lineam constit. C</i> ²
» 109	<i>om C</i>
» 123	<i>om B C</i>
» 143	<i>om D</i> *
» 164	<i>om C</i>
» 166	<i>mix cum 165 B C</i>
» 166-168	<i>om D</i> *

In duplicis autem apparatus altera parte aliquot elementa diplomatica e Regesto offeruntur, quibus uniuscuiusque documenti ratio potissimum chronologica habeatur, hoc utique ordine : annus incarnationis (et imperii vel pontificatus, si praesto sit), mensis et dies (et aliquando hebdomadae dies), indictio, locus actus dati, notarius (vel cancellarius vel scriptor). Cum certa spes adsit integri Regesti in collectione ' *Fonti per la Storia d'Italia* ' in lucem proferendi, a pluribus nunc enarrandis abstinendum arbitramur.

Incipiunt Capitula.

2^r

- ..1 — Liber primus.
 ..2 — Liber secundus.
 ..3 — Liber tertius.
 ..4 — Liber quartus.
 ..5 — Liber quintus.
 ..6 — Liber sextus.
 ..7 — De locatione Castelli Britulo.
 ..8 — Prologus in fundatione.
 ..9 — De fundatione Monasterii S.^{ti} Bartolomei.
 ..10 — De principio fundationis.
 ..11 — Cartula maior de constructione huius Ecclesioe, et dotatione.
 ..12 — De S.^{ta} Justa de Locretano.
 ..13 — De Ozano.
 ..14 — De S.^{ta} Agnea de Catuniano.
 ..15 — De Scarparis.
 ..16 — De Freulano.
 ..17 — De Casali Spesso.
 ..18 — De Colle Vrsuli.
 ..19 — De S.^{to} Siluestro de Colle de Lecina.
 ..20 — De S.^{ta} Lucia in Ara Antiqua.
 ..21 — De S.^{to} Martino de Seconsano.
 ..22 — De eodem.
 ..23 — De Castello Tellano.
 ..24 — De Valeczo.
 ..25 — De Mortula.
 ..26 — De S.^{to} Pancratio de Tellano.

7 Brituli *A*² 9 De fundatione, et dotatione huius Sti. Monasterii<i>, facta per Magnifici virum Bernardum Liuduni, Dominum Pennensis *A*² 10 fundationis] dotationis *A*^{1*} 10-11 .10. et .11. Cartula maior de dotatione et constructione *A*² 11 maior] io corr. ex? *A*^{1'} | et dotatione] et dotatione *A*^{1'} possessionibus *B C* (poss<essi>onibus *B*) possessionibus eius *D* 12 Loretano *C*² | + cartula *A*² 13 — *B C* 14 Agnea (*g* corr. *D*¹) Agata *B C* (Agatha *C*) | Catuniano *B C A*² | + cartula *A*² 15 Scarpasis *C* | + cartula *A*² 16 | corr. ex *i D*¹ | Freniano *A*^{2*} | + cartula *A*² 17 casale *B* | + cartula *A*² 18 + cartula *A*² 19 + cartula *A*² 20 + cartula *A*² 21 Seconsano *B* Scronsano *C* | + cartula *A*² 23 + cartula *A*² 24] — *B C* | + cartula *A*² 25] — *B C* | + cartula *A*² 26] — *B C* | + cartula *A*²

7 a. i. 1174 sept. ind. 8 8 est continuatio *L. VI* 9 a. i. 962, Otton. 2^o, mart. 14 ind. 4 10-11 a. i. 962 mart. ind. 4, Penn. 12 a. i. 962 oct. ind. 4, Pinn. 13 a. i. 962 iul. ind. 4, Penn. 14 a. i. 964 oct. ind. 6, Pinn., Aczo not. iud. 15 a. i. 973 sept. ind. 15, Pinn., Dodato iud. not. 16 a. i. 977 mart. ind. 4, Pinn., Lupo not. 17 a. i. 978 apr. ind. 5, Pinn., Constanzo iud. not. 18 a. i. 979 oct. ind. 6, Constanzo iud. not. 19 a. i. 980 ian. ind. 7, Pinn., Adenolfo iud. not. 20 a. i. 1029 iul. ind. 11, Pinn., Guido iud. not. 21 a. i. 1031 oct. ind. 13, Pinn., Giso not. 22 a. i. 1034 iul. ind. 1, Pinn., Giso not. 23 a. i. 1035 apr. ind. 2, Pinn., Illebrando not. 24 a. i. 1039 ian. 1 ind. 6, Pinn., Guido not. iud. 25 a. i. 1039 febr. ind. 6, Pinn., Guido not. iud. 26 a. i. 1039 sept. 7 ind. 6, Pinn., Guido not. iud.

- .27 — De 250. modiis terrarum in valle Trittana.
 .28 — De Castello Farra.
 .29 — De 250. modiis terrarum in Fara.
 .30 — De vna insula et duobus molendinis in Carpineto.
 .31 — De Casale. ||
 .32 — De S.^{to} Angelo in Corneto. 2^v
 .33 — De S.^{to} Angelo in Paternum.
 .34 — De S.^{to} Martino de Catuniano.
 .35 — De S.^{ta} Maria sub Britulis.
 .36 — De S.^{to} Paulo de Ara Antiqua.
 .37 — De Allano.
 .38 — De quatuor modiis terre ad Ara Antiqua.
 .39 — De Andreola.
 .40 — De Contassinis.
 .41 — De Pompeiano.
 .42 — De Casale Spesso.
 .43 — De Ara Antiqua.
 .44 — De Castaldano.
 .45 — De eodem.
 .46 — De Cucca.
 .47 — De Casali.

27] — B | post De del. CCI, D¹ dein corr. ut A (r corr. in Tritana) | De valle trittana cartula A² 28] — B C | + cartula A² | fara D A² 29 CCI, C | Phara B C | + cartula A² 30 duobus] d corr. ex 2 D¹ | — vna. et duobus A² | + cartula A² 31 casale] a² corr. D¹ | + cartula A² 32 + cartula A² 33 in] ad B C D A² | Laternum C | + cartula A² 34 de] in C | Catuniano B | + et de Hortis cartula A² 35 Brittilis B C D | sub] de A² | Britulo A² + cartula A² 36 + cartula A² 37 Aliano A² + cartula A² 38 iii. B C | terrarum B | ara] arva? C¹ C² arra D inter a et a incerte legit B (m in ni iu iu²) | aram antiquam A² | + cartula A² 39 + cartula A² 40 + cartula A² 41 Pompeiano] i corr. D¹ (ex 1?) Pomplano B C Pompeiano D A² | + cartula A² 42 Casali C Cassale B | + cartula A² 43 de] e corr. D¹ | + cartula A² 44 + cartula A² 45 + cartula A² 46 cucca] corr., del., dein rescripsit D¹ | + cartula A² 47 Casale B C | + cartula A²

27 a. i. 1039 mad. ind. 6, Pinn., Constanzi iud. not. 28 a. i. 1040 iul. ind. 7, Pinn., Aczo not. iud. 29 a. i. 1042 mad. ind. 9, Pinn., Constanzo iud. not. 30 a. i. 1043 mad. ind. 10, Pinn., Casto not. 31 a. i. 1044 apr. ind. 11, Pinn., Joannes not. iud. 32 a. i. 1044 aug. ind. 11, Pinn., Bernardo not. 33 a. i. 1044 aug. ind. 11, Pinn., Constanzo iud. not. 34 a. i. 1046 ian. ind. 13, Pinn., Aczo not. iud. 35 a. i. 1046 mart. ind. 13, Pinn., Senioretto iud. not. || NB. Capitula 36-60 regesta tantum instrumentorum praebent; quae conceptis verbis non exprimuntur indubie tamen innuuntur, uncis inclusimus. || 36 <a. i. 1046> apr. <ind. 13>, Lupo not. 37 <a. i. 1046 apr. ind. 13> Constantius iud. not. 38 <a. i. 1046> mad. <ind. 13>, Albertus iud. not. 39 <a. i. 1046> aug. <ind. 13>, Rainerius iud. not. 40 <a. i. 1046> sept. <ind. 13> Adam not. iud. 41 <a. i. 1046 sept. ind. 13> Adenolphus iud. not. 42 <a. i. 1046 sept. ind. 13> Constantius iud. not. 43 <a. i. 1046> dec. <ind. 13> Constantius iud. not. 44 <a. i. 1046> apr. <ind. 13> Giso not. 45 <a. i. 1046 apr. ind. 13> Giso not. 46 <a. i. 1046 apr. ind. 13> Giso not. 47 <a. i. 1046> mart. <ind. 13> Giso iud. not.

- .48 — De Colle Liudaldi.
 .49 — De S.^{to} Martino de Catuniano.
 .50 — De Valentinulo.
 .51 — De Castaldano.
 .52 — De Acrefoleto.
 .53 — De Aliano.
 .54 — De vna petia terre ad S.^{tum} Valentinulum.
 .55 — De vna petia terre in Plagis de Cerreto.
 .56 — De Felectulo.
 .57 — De Tribus Soliis.
 .58 — De 4. modiis terre et 8. sextariis in Catuniano.
 .59 — De vna vinea et vna petia terre in Casali.
 .60 — De cerqueto de Mortula.
 .61 — De vna vinea et vna petia terre in Freulano.
 .62 — De S.^{to} Petro de Alano. ||
 .63 — De Trite. 3^r
 .64 — De Tresolie.
 .65 — De Locerinis.
 .66 — De Radicinosi.
 .67 — De Valli.
 .68 — De S.^{to} Petro ad Morum.
 .69 — De Cenzali.

48 Liudardi *BC* | + cartula *A*² 49 Catuniano *B* | + cartula *A*² 50
 + cartula *A*² 51 + cartula *A*² 52 Acrefolletto *BCDA*² | + cartula
*A*² 53 Alliano *A*² Allano *CD** Aliano *D*² (i ex 1²) Azzano *B* | + car-
 tula *A*² 54 Valentinum *BC* | de terra ad S.m valentinum cartula *A*²
 55 De terra in Cerretto cartula *A*² 56 Felatulo *BC* | + cartula *A*²
 57 in eadem linea ac n^o 56 *C*¹ | De terra in tribus soliis cartula *A*² 58
 IIII *BC* quatuor *D* | viii *B* octo *CD* | scutariis *C* | Catuniano *C* | De terra
 in Catuniano cartula *A*² 59 Casale *BC* | De terra et vinea in Casali car-
 tula *A*² 60 De terra et cerqueto in Mortula cartula *A*² 61 petia... fren-
 lano] terra *B* serra *C* | De freniano *D** del. et add. 'De. i. vinea et i terra in
 [freu] lano (lano f. 92^r) *D*² De terra et vinea in freniano cartula *A*² 62 Al-
 lano *BCA*² | + cartula *A*² 63 6 e 7 corr. *A*¹ | + cartula *A*² 64 tro e-
 golie *B* (tre *B** tro *B*¹ an e contra?) Tragallo *C* | + cartula *A*² 65 Lacerinis *B*
 Lacerinis *C* | + cartula *A*² 66 Racidinoso *BC* | + cartula *A*² 67 Valli]
 i *D*¹ ex e | Valle *BC* | + cartula *A*² 68 8 corr. ex 7 *A*¹ | + cartula *A*²
 69 Ceuzali *B* Cauzoli *C* Cenzalis *D** | + cartula *A*²

48 <a. i. 1046 mart. ind. 13> 49 1046 iul. ind. 13, Giso not. 50 <a.
 i. 1046> sept. <ind. 13> Joannes not. iud. 51 <a. i. 1046> oct. <ind. 13>,
 Aczo not. iud. 52 a. i. 1046 mart. ind. 13, Joannes not. iud. 53 <a. i.
 1046> apr. <ind. 13>, Pinn., Joannes not. iud. 54 <a. i. 1046> sept. <ind.
 13>, Pinn., Constantius iud. not. 55 <a. i. 1046 sept. ind. 13>, Pinn., Aczo
 not. iud. 56 <a. i. 1046> nov. <ind. 13>, Pinn., Joannes not. 57 a. i.
 1046 nov. ind. 13, Pinn., Lebrandus not. 58 <a. i. 1046 nov. ind. 13>,
 Pinn., Aczo not. iud. 59 a. i. 1046 febr. ind. 13, Giso not. 60 <a. i.
 1046> apr. <ind. 13>, Ser Petrus not. iud. 61 a. i. 1046 ian. ind. 13, Aczo
 not. iud. 62 a. i. 1047 ind. 14, Aczo not. iud. 63 <a. i. 1047> aug.
 <ind. 14>, Joannes not. 64 a. i. 1047 apr. ind. 14, Grimaldus iud. not.
 65 <a. i. 1047> dec. <ind. 14>, Joannes not. iud. 66 a. i. 1047 febr. ind.
 14, Malo iud. not. 67 <a. i. 1047 febr. ind. 14>, Casto not. 68 <a. i. 1047
 febr. ind. 14>, Joannes not. iud. 69 a. i. 1047 apr. ind. 14, Joannes not. iud.

- .70 — De Calabretta.
 .71 — De S.^{ta} Maria in Genestrula.
 .72 — De 12. modiis terrarum.
 .73 — De colle de Loburno.
 .74 — De eodem.
 .75 — De Barano.
 .76 — De Doliola.
 .77 — De vna petia terre in Andrauano.
 .78 — De Valentinulo.
 .79 — De 4. modiis terrarum in Andrauano.
 .80 — De cortinis de Catuniano.
 .81 — De Canali.
 .82 — De vna petia terre in Todeldano.
 .83 — De 7. sextariis terre in Carpineto.
 .84 — De 4. petie terre in Todeldano.
 .85 — De .3. petie terre in Carpineto.
 .86 — De vna ancilla.
 .87 — De 20. modiis terre in Taliano.
 .88 — De Carpineto.
 .89 — De Zano.
 .90 — De tribus petiis terre in Valezzo.

70 de] — B | Calabretto C Calabrettam D* | + cartula A² **71** + cartula A²
72 xii B C A² duodecim D | terrarum] — C² | + cartula A² **73** laburno C D¹
 (u interl. ex o D*) | De v. modiis terrarum in colle de loburno cartula A² **74** De
 iij. or modiis terrarum in colle de loburno cartula A² **75** + cartula A²
76] — C² | + cartula A² **77** De terra in Andrauano cartula A² **78** + car-
 tula A² **79** iiii. B C A² quatuor D | terre B C D A² (tesre B) | Andrauanum
 A² | + cartula A² **80** Catuniano B C | De terra ad Cortinas de Catuniano
 cartula A² **81** Canale B C | + cartula A² **82**] — D*, add. in linea n^o 81
 cum monito in marg. D¹ | Todeltano B C | De terra in Todellano cartula A²
83 vii C septem B D | scutariis C | terre] — B C D | De terra in Carpineto cartula
 A² **84** iiii C quatuor B D | petioe D petiis B C | in] ad B C D | To-
 delanum B C D (Tud. C) | De aliis terris in todellano cartula A² **85** tribus
 D iiii C | petiis B C D | De aliis terris in Carpineto cartula A² **86** + car-
 tula A² **87** xx B C | De terra in Talliano cartula A² **88** + cartula A²
89] — C² | Ozzano B D* (del. Oz D²) Azzano C¹ | + cartula A² **90** iiii C
 duabus D* (del. dua et interl. tri D²) | Valezzo B | De terra in valezzo cartula A²

70 <a. i. 1047 apr. ind. 14>, Constantius not. **71** a. i. 1047 ind.
 14. Pinn., Aczo iud. not. **72** a. i. 1047 ian. ind. 14, Grimaldus iud.
 not. **73** <a. i. 1047> febr. <ind. 14>, Grimaldus iud. not. **74** <a. i.
 1074> oct. <ind. 14>, Grimaldus iud. not. **75** <a. i. 1047 oct. ind. 14>,
 Giso not. iud. **76** a. i. 1047 ind. 14, Giso not. iud. **77** a. i. 1048 febr.
 ind. 15, Joannes not. iud. **78** <a. i. 1048> mart. <ind. 15>, Joannes not.
 iud. **79** <a. i. 1048> mart. <ind. 15>, Joannes not. iud. **80** <a. i. 1048>
 mad. <ind. 15>, Giso not. iud. **81** a. i. 1049 febr. ind. 1, Aczo not. iud.
82 <a. i. 1049> mart. <ind. 1>, Aczo not. iud. **83** <a. i. 1049 mart. ind. 1>,
 Giso not. iud. **84** <a. i. 1049> mad. <ind. 1>, Aczo not. iud. **85** <a. i.
 1049> sept. ind. 2, Adelmarius iud. not. **86** <a. i. 1049 sept. ind. 2>,
 Aczo not. iud. **87** 1050 iun. ind. 2, Constantius iud. not. **88** a. i. 1050 oct.
 ind. 2, Pinn., Constantius iud. not. **89** a. i. 1050 nov. ind. 2, Petrus not.
 iud. **90** a. i. 1051 mart. ind. 3, Joannes not. iud.

- .91 — De commutatione Collis Frigidi et Pollecanti.
 .92 — De S.^{to} Sauino de Hortis.
 .93 — De Meletulo. ||
 .94 — De vno seruo et vna ancilla. 3
 .95 — De tribus petiis terre in Brituli.
 .96 — De vna petia terre ad S.^{tum} Felicem de Catuniano.
 .97 — De S.^{ta} Maria in Sereno.
 .98 — De S.^{to} Sauino de Casali Spesso.
 .99 — De S.^{to} Syluestro de Vestigio.
 .100 — De vno molendino et vna petia terre in Genestrula.
 .101 — De 30 modiis terrarum in Casali.
 .102 — De conuenientia Constantii et Papari.
 .103 — De 100. modiis terrarum in Fabrica.
 .104 — De conuenientia inter Abbas Erimundus et Transmundus
 Bernardi.
 .105 — De S.^{to} Angelo in Corneto.
 .106 — De S.^{to} Xpoforo.
 .107 — De 5. modiis terrarum in Andrauano.
 .108 — De duobus modiis terrarum in Locretano.
 .109 — De S.^{to} Nicolao de Locretano.

.91 communicatione *BC* | frigi *B* | Palecanti *BC* | + cartula *A*² .92 Sa-
 bino *B* Sabina *C* | ortis *D* *A*² | + cartula *A*² .93] — *BC* | De terra in mele-
 tulo cartula *A*² .94] — *BCD** | in linea n^o 93 *D*² | uno] 1 *D*² | una]
 2 *D*² | vna] — *A*² | + cartula *A*² .95 iii *C* duabus *D** tribus *D*² (*del.* dua
et interl. tri) | Brittilis *BC* | De terra in Brittulo cartula *A*² .96 de Ca-
 tuniano] in alia ponit linea, novum capitulum constituens *BC* | Catuniano *BC* |
 De terra ad S.^{tum} felicem de Catuniano cartula *A*² .97 + cartula *A*²
 .98 Sabino *B* *C* | Casale *B* | + cartula *A*² .99 Silvestro *BCA*² | + cartula *A*²
 .100 De terra et molendino in Genestrula cartula *A*² .101 xxx *BC* triginta
D | terre *C* | Casale *BC* | De terra in Casali cartula *A*² .102 Paperi *C* |
 + cartula *A*² .103 *CBC* centum *D* | terre *BCD* | De terra in fabrica
 cartula *A*² .104 Abbates *B* Abbatem *C* | Grimundum *C* Erimundum *B* |
 Transmundum *BC* Trasmundus *D* | Berardi *BC* | quae sequuntur post 'Ab-
 batem' separat *C*² et novam lineam seu capitulum alibi constituit | De conuen-
 tione Erimundi Abbatis et Transmundi Bernardi cartula *A*² .105 + car-
 tula *A*² .106 Christophoro *B* Cristoforo *D* | + cartula *A*² .107 *VBC*
 quinque *D* | terre *BCD* (terre *B*) | De terra in Andrauano cartula *A*² .108 ii
BC | terre *BCD* | De terra in Ocretano cartula *A*² | in linea seq. 'De con-
 structione S. ti vitalis' *D**, dein *del.* *D*¹ .109] — *C* | Ocretano *A*² | + cartula *A*²

.91 a. i. 1053 nov. ind. 5, Pinn., Aczo iud. not. .92 <a. i. 1053 nov. ind.
 5>, Pinn., Aczo not. iud. .93 1059 mad. ind. 11, Constantius iud. not. .94 a.
 i. 1060 ian. ind. 12, Adelmarius iud. not. .95 <a. i. 1060> febr. <ind. 12>,
 Pinn., Berno iud. not. .96 a. i. 1050 sept. ind. 12, Giso not. iud. .97 a. i. 1060
 sept. ind. 12, Pinn., Aczo not. iud. .98 a. i. 1060 sept. ind. 12, Adelmarius iud.
 not. .99 a. i. 1060 oct. ind. 12, Pinn., Berto iud. not. .100 a. i. 1064 iul. ind.
 1, Pinn., Aczo iud. not. .101 a. i. 1065 iun. ind. 2, Berno iud. not. .102 <a. i.
 1065> iul. <ind. 2>, Pinn., Aczo iud. not. .103 <a. i. 1065> oct. <ind. 2>,
 Pinn., Berno iud. not. .104 a. i. 1065 nov. ind. 2, Pinn., Aczo iud. not.
 .105 a. i. 1066 mad. ind. 3, Aczo iud. not. .106 a. i. 1066 nov. ind. 3, Pinn.,
 Giso not. iud. .107 a. i. 1067 apr. ind. 4, Constantius iud. not. .108 <a. i.
 1067> iun. <ind. 4>, Aczo iud. not. .109 a. i. 1067 iun. ind. 4, Pinn., Aczo
 iud. not.

- .110 — De constructione S.^{ti} Vitalis.
 .111 — De S.^{ta} Lucia in Campo Franconis.
 .112 — De 22. modiis terrarum in Sculcula.
 .113 — De S.^{to} Peregrino.
 .114 — De S.^{to} Salvatore de Mezze et de S.^{to} Salvatore de Bertona.
 .115 — De S.^{to} Vitale.
 .116 — De donatione Pamponis Pennensis Episcopi.
 .117 — De tribus mansis hominum in Castello Fara.
 .118 — De 100. modiis terrarum in Nirano.
 .119 — De S.^{to} Nicolao de Viculo.
 .120 — De Felonaco.
 .121 — De Carpineto.
 .122 — De S.^{to} Laurentio de Oneczano.
 .123 — De S.^{to} Joanne de Ciuitella. ||
 .124 — De S.^{ta} Maria in Plano. 4^r
 .125 — De Fellonaco.
 .126 — De dono Eriberti Pennensis Episcopi.
 .127 — De Allano.
 .128 — Priuilegium Domni Paschalis Papæ.
 .129 — De Felonaco.

110 + cartula A² 111 in campo] *interl.* D² *ex del.* campis D* | + et S.^{ta} Cruce in Monaczano, et S.^{ta} Maria in Gualdo, et S.^{ta} Justa, et S.^{to} Andrea cartula A² 112 xxii B C D | terre B C D | De terra in Sculcula cartula A² 113 + cartula A² 114 mezzo B C | de S.^{to} 2] — C² | De ecclesia S.^{ti} Saluatoris de meze, et S.^{ti} Saluatoris de Bertona cartula A² 115 + cartula A² 116 Pennensis Episcopi] ~ B C D | + cartula A² 117 iii B C | hominum] hominis D | mansis hominum] mensuris seminis B C | Phara B C | + cartula A² 118 C B C centum D | terre B D | Nirano D² *interl.* *ex fano* D* Virano B C | De terra in Nirano cartula A² 119 Nicola C | + cartula A² 120 Fellonaco B C D A² | + cartula A² 121 + cartula A² 122 Oneczano] *interl.* D¹ *ex del.* Carpineto D* | + cartula A² 123] — B C | + cartula A² 124 1 *corr.* (*ex i?*) D² | + cartula A² 125 Fellonaco B C D A² 126 Pennentis B | + cartula A² 127 1² *corr.* D² (*ex i?*) | Azzano B Aliano A² | + cartula A² 128 Domni] — B C D | Papæ] + ij A² | + cartula A² 129 felonaco A² | + cartula A²

110 a. i. 998 Ottonis 2^o, apr. ind. 10, Pinn., Petrus iud. not. 111 a. i. 1005 ian. ind. 2, Pinn., Amicus not. 112 a. i. 1008 oct. ind. 5, Amicus not. 113 a. i. 1012 mad. ind. 9, Pinn., Amicus iud. not. 114 a. i. 1015 iun. ind. 12, Amicus iud. not. 115 a. i. 1071 mart. ind. 8, Pinn., Aczo iud. not. 116 1076 apr. ind. 13, Pinn., Mainardo iud. 117 a. i. 1087 nov. ind. 9, Pinn., Berno iud. not. 118 a. i. 1088 mart. ind. 10, Pinn., Romuald presbiter 119 a. i. 1090 aug. ind. 12, Pinn., Rainaldus iud. not. 120 a. i. 1093 nov. ind. 15, Pinn., Aczo iud. not. 121 a. i. 1098 apr. ind. 5, Pinn., Mainardo not. iud. 122 a. i. 1098 apr. ind. 5, Pinn., Mainardo not. iud. 123 a. i. 1100 mad. ind. 7, Pinn., Rainaldus iud. not. 124 a. i. 1101 mart. ind. 8, Pinn., Sanso iud. not. 125 a. i. 1106 sept. ind. 13, Pinn., Mainardo iud. not. 126 a. i. 1109 aug. ind. 1, Mainardo not. iud. 127 a. i. 1110 apr. ind. 2, Pinn., Rainaldus iud. not. 128 a. i. 1118 pont. 18 dec. 4 non. ind. 8, ap. Transtiberim, Joannes SRE card. diac. et biblioth. 129 a. i. 1119 iun. ind. 11, Pinn., Rainaldus iud. not.

- .130 — De *conuenientia Grimoaldi Pennensis Episcopi*.
 .131 — De S.^{to} Petro de Allano.
 .132 — De *constitutione S.^{to} Mariæ sub Brituli*.
 .133 — *Priuilegium Domni Innocentii Papæ*.
 .134 — De S.^{ta} Maria in Plano.
 .135 — De S.^{to} Joanne de Catuniano.
 .136 — *Priuilegium Domni Eugenii Papæ*.
 .137 — *Litteræ Regis Guilielmi ad comitem Robertum Lorotelli*.
 .138 — *Litteræ protectionis Regis Guilielmi*.
 .139 — *Instrumentum Gosclini comitis Laureti*.
 .140 — *Mandatum Regis Guilielmi pro eligendo Abbate*.
 .141 — *Testamentum Berardi de Viculo*.
 .142 — *Litteræ dimissoriæ Domni Lucii Papæ pro Abbate Boamundo*.
 .143 — *Priuilegium Domni Lucii Papæ*.
 .144 — *Litteræ Regis Guilielmi de concessione Abbatis*.
 .145 — *Litteræ Domni Lucii Papæ ad Gosclinum comitem Laureti*.
 .146 — *Litteræ Domni Girardi Cardinalis et vicarii*.
 .147 — *Litteræ plateici redditus de Aterno*.
 .148 — *Priuilegium Domni Urbani Papæ*.
 .149 — *Litteræ Domni Urbani Papæ Pennensi Episcopo*.
 .150 — *Litteræ Domni Urbani Papæ Domno Girardo vicario*.

130 *conuentione D* dein del. uentione et interl. uenientia D² | Pennentis B Grimoaldi A² | + cartula A² 131 de] — D | Azzano B Aliano A² | + cartula A² 132 Maciæ] æ corr. D² | Brittulis B C Britulo A² | + cartula A² 133 Domni] — B C D | + ij A² 134 + cartula A² 135 Catiniano B C | + cartula A² 136 Domni] — B C D | + iij A² 137 guilielmi] Guillelmi C *interl. D² Sicilie D** | + ii B A² | R<obertum> de Loreto B C R<obertum> loret<i> D 138 Regis Guilielmi] Domni Regis guilielmi ii. Sicilie B C (Guillelmi C) Domni Regis [...] Siciliæ Secundi D* (*del. et corr. Guilielmi 2. Sicilie D²*) | + ij A² 139 Gosclini B Gosolini C Gosolini D Gocolini A² 140 Guilielmi] Sicilie D* | + ii. B C D (Guillelmi C Guillelmi *interl. D² secundi D*) 141 Berardi] B. D* Berardi *interl. D² | Domni Bernardi A² 142 Boamundo atram. obscuriori D | pro Abbate Boamundo] — A² 143 totum atram. obscuriori D | + iij. A² 144 Domni Regis B C | Guillelmi C D² (Guillelmi *interl. ex del. Sicilie D**) 145 Gosolinum B C | ad...Laur.] Guizelmi comiti Laureti A² 146 Domni] — B C D | G<erardi> B C Giraldi A² | card. et vic.] cardinalis S.^{ti} Adriani et vicarius Domni Pape A² 147 redditus] d² corr. D¹ | de] in B C 148 + iij A² 150 Urbani Papæ] ~ B C | Domno] — B C D A² | G<erardo> B C | vicario] + suo A²**

130 a. i. 1123 kl. sept. ind. 15, Mainardo iud. 131 a. i. 1126 ian. ind. 3, Pinn., Rainaldus iud. not. 132 a. i. 1136 ind. 12 133 a. i. 1138 pont. 9, 8 kl. apr., ind. 1, Lateran., Aimericus SRE diac. card. et cancell. 134 a. i. 1143 oct. 9 ind. 5, Juuenalis not. 135 a. i. 1145 ind. 7 136 a. i. 1149 pont. 5, 17 kl. iun. ind. 11, Tuscul., Guido SRE diac. card. et canc. 137 iun. 5 ind. 6, Messine 138 sept. 22 ind. 8, Panormi 139 1168 apr. ind. 2 140 oct. 28 ind. 14, Panormi 141 a. i. 1182 febr. ind. 15 142 3 non. sept., Veletri 143 a. i. 1183 pont. 1 ind. 15, Veletri, Albertus SRE presb. card. et canc. 144 ian. 26 ind. 14, Panormi 145 5 kl. oct., Veletri 146 *nulla nota* 147 a. 1184 ind. 2 148 a. i. 1186 pont. 2, 14 kl. febr. ind. 5, Verone., Albertus SRE presb. card. et canc. 149 non. febr., Verone 150 non. febr., Verone

- 151 — Litteræ Mathei vicecancellarius.
 152 — *Instrumentum* Mathie de Piscara. ||
 153 — De S.^{to} Joanne de Catuniano. 4v
 154 — Litteræ Regis Guilielmi.
 155 — *Priuilegium Domni* Celestini Papæ.
 156 — De terra de Salmacinis in Valeczo.
 157 — Litteræ protectionis Regis Tancredi.
 158 — Litteræ *Domni* Celestini Papæ.
 159 — De S.^{to} Thoma de Locretano.
 160 — Litteræ *Domni* Celestini Papæ pro confirmando Abbate.
 161 — *Instrumentum* comitis Rainaldi Aprutii.
 162 — Litteræ eiusdem comitis hominibus Carpineti.
 163 — Litteræ dimissoriæ *Domni* Papæ Celestini.
 164 — Litteræ indulgentiæ *Domni* Celestini Papæ.
 165 — Litteræ protectionis *Domni* Henrici Imperatoris.
 166 — Renuntiationis Coni de Ciuitaquana.
 167 — *Priuilegium Domni* Innocentii Papæ.
 168 — Litteræ *Domni* Honorii Papæ pro eligendo Abbate.
 169 — Litteræ aliæ *Domni* Honorii Papæ.

Expliciunt Capitula.

151 Matthaei B C² Matthei C¹ D¹ (ei corr.) | vicecancellarii B C A² (us corr. D¹)
 152 Matthei B C¹ Matthaei C² | Piscaria A² 153 Catiniano B C | + cartula A²
 154 Regis Guilielmi] *Domni* Guillelmi Regis Sicilie B C A² (Guillelmi A²) Guilelmi
 Regis Sicilie D 155 + iij. A² 156 Salmancinis B | de] — A² | + car-
 tula A² 157 Regis Tancredi] *Domni* Tancredi Regis Sicilie B C D | Regis]
Domni Regis A² 158 Papæ] pæ corr. D¹ 159 de] in B C | + cartula A²
 160 Celestini Papæ] ~ A² 161 + de iudicio in sua curia celebrato B C D
 (celebrando D) | Aprutii A² 163 dimissoriæ] diuisionis C | Papæ Cele-
 stini] ~ A² 164] — C | *Domni*] — B D 165 + renuntiationis Coni de
 Ciuitaquana B C (de om. C²), id est addit sequentem lineam 166 vide n^o 165
 B C 167 Innocentii] Martini B C (Matini B) | + iij. A² 168 pro corr.
 D² 169] — B C D, sub una inscriptione n^o 168 A*, praefixo tamen proprio
 numero A².

151 a. i. 1180 febr. 29, ind. 3, Messane 152 a. i. 1187, Guilielmi II, 22 mart.,
 die lun., Nicolaus not. 153 a. i. 1189 kl. ian. ind. 7 154 ian. 28 ind. 7,
 Messane 155 a. i. 1191 pont. 1, 4 kl. sept. ind. 9, Romae ap. S. Petrum,
 Egidius diac. card. 156 a. i. 1186 4 non. dec. ind. 5, Alexander monach.
 157 nov. 26 ind. 10, ap. Piscariam 158 pont. 2, kl. aug., Lateran. 159 a. i.
 1193 ind. 11 160 pont. 3, 5 kl. apr., Lateran. 161 a. i. 1195 13 kl.
 apr. die dom., ind. 12 162 nulla nota 163 pont. 4, 4 kl. oct., Lateran.
 164 pont. 4, 4 kl. oct., Lateran. 165 apr. 11, Trani 166 a. i. 1204
 ian. ind. 7 167 a. i. 1198 pont. 1, 2 id. aug. ind. 1, Reate, Rainaldus not.
 canc. vices agens 168 pont. 1, 2 kl. mart., Lateran. 169 pont. 1, 6 non.
 mai., Lateran.

IV

S. BARTHOLOMAEI PRIVILEGIA PONTIFICUM INEDITA

Ughelli, aliis exscribentibus, quaedam (n^o 1. 3), plura vero (n^o 5. 18. 27. 32. 33) Pflugk-Harttung ex ipsis originalibus ediderunt, omnia complecte Kehrio ex excerptis Salconii (n^o 4. II. 30). Universa autem hucusque edita, iuxta Kehrii seriem singularumque editionum paginis adnotatis, brevi conspectu ob oculos proponi queunt :

n ^o 1 =	UGHELLI	² X ^a	390
» 3 =	»	»	391
» 4 =	KEHR	N.	317
» 5 =	PFLUGK-H.	III	219 s
» 11 =	KEHR	N.	326 s
» 18 =	PFLUGK-H.	III	340 s
» 27 =	»	»	380 ss
» 30 =	KEHR	N.	332 s
» 32 =	PFLUGK-H.	III	396
» 33 =	»	»	396 s

Quae, praeter kehriana, recudenda non duximus, licet ipse Pflugk-Harttung ab oscitantia non caverit,¹¹ gravius utique Ughelli peccante,¹² in appendice vero tria, duo scilicet Honorii III brevia et amplissimum Innocentii III privilegium, e codice Ambrosiano addenda visa sunt.

Igitur, appendice, utpote extra Kehrii fines, praetermissa, sequentia privilegia, numeris quidem littera in vertice instructis omnino nova, reliqua autem e Kehrio excerptim saltem nota, nostra haec editio in lucem profert :

n ^o 4 =	in nostra ed.	ordine	I
» II =	»	»	» 2
» I2 =	»	»	» 3
» I2 ^c =	»	»	» 4
» I4 ^a =	»	»	» 5
» *I9 =	»	»	» 6
» *20 =	»	»	» 7
» 27 ^a =	»	»	» 8
» 30 =	»	»	» 9

¹¹ Exemplo sit III 381 cuius varias lectiones ex originali desumpsimus : 1. 18 Soreno] Sereno | Cativano] Catuniano ; 1. 21 Brutulo] brittulo.

¹² In uno privilegio Paschalis II (K n^o 1) edito ²X^b 390^b-91^b = A f. 63^v-64^r n^o 128 plusquam viginti variantes invenimus collato cod. A cum originali (Chigi E VI 182 perg. n^o 29) fere semper concordante, quarum quaedam gravissimae sunt, ut, v. g. : 390^bB patria] parochia [praestante] procurante ; 390^bC Tegrini] Peregrini | Deretani] Ocretani ; 391^aA ind. X] indict. VIII [MCXVI] MCXVIII.

In textibus edendis scribendi ratio aliquatenus quoad litteras capitales corrigenda fuit et sententiae iuxta hodiernum modum iungendae et separandae : pristinum enim modum restituere nec undequaue certum fuisset nec uniforme. Maioribus tamen intervallis et litteris maioribus atque diductis logicas distinximus litterarum partes, nempe :

- 1) introductionem : inscriptionem cum salutatione ;
- 2) corpus, cuius duae sunt sectiones : a) enarratio, b) dispositio cum suis divisionibus ;
- 3) conclusionem : a) sanctionem, b) datum.

Regestis appendicem tantum ornauimus, cum in § V, quae 'Castigationes in Kehrii textum' inscribitur, abunde sint proferenda.

I

Eugenius Pp. III Oliverio abbati.

Tusculani 1149 mai. 16. — A f. 67^v-68^v = K n^o 4.

136 Priuilegium Domni Eugenii Papæ III.

EUGENIUS episcopus seruus seruorum Dei dilectis filiis Oliberio abbati monasterii S.^{ti} Bartholomei, quod in Pinnensi parochia situm est, eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis, in perpetuum. QUOTIENS illud a nobis petitur, quod religioni et honestati conuenire dinoscitur,^a animo nos decet libenti concedere, et petentium desideriis congruum impartiri sufragium. EA PROPTER dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et prefatum Monasterium, in quo diuino mancipati estis obsequio, sub Beati Petri et nostra protectione suscipimus, et contra prauorum hominum nequitias apostolici priuilegii robore communimus, statuentes, vt quascunq; possessiones, quecunq; bona in presentiarum idem cenobium iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, prestante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis nominibus duximus annotanda : Castellum Carpinetum, Castellum Fara cum pertinentiis suis, Ecclesiam quoque Sancti Vitalis, S.^{ti} Michaelis, S.^{ti} Joannis, S.^{te} Marie, S.^{ti} Peregrini cum pertinentiis, Ecclesiam S.^{ti} Nicolai de Viculo, Ecclesiam S.^{te} Marie in Sereno, Ecclesiam S.^{te} Marie et Sancti^b Felicis et S.^{ti} Joannis in Catuniano cum pertinentiis suis, Ecclesiam S.^{ti} Xpofori, S.^{te} Marie in Genestrula, Eccle-

1 a) dinoscitur] n corr. e del. s A^c b) et sancti corr. A^c

siam S.^{ti} Nicolai, S.^{te} Marie, S.^{te} Juste de Castello Ocretano, Ecclesiam S.^{te} Marie Britulensis, Ecclesiam S.^{ti} Laurentii de Fabrica, S.^{ti} Joannis
 25 in Malleo, S.^{ti} Laurentii Vnicani, Ecclesiam S.^{te} Marie in Plano, S.^{te} Marie in Cellulis cum pertinentiis eorum, Valeczum cum pertinentiis suis, Fullonicum cum pertinentiis suis, terras quas habetis <in>Castro Ciuitelle. Sane crisma, oleum sanctum, consecrationes altarium, benedictiones clericorum, a diocesano suscipietis episcopo, si quidem
 30 catholicus fuerit et gratiam atque communionem Apostolice Sedis habuerit, eaque gratis et sine prauitate vobis voluerit exhibere; alioquin catholicum quemcunque malueritis adeatis antistitem, qui vobis postulata indulgeat. Ob eunte vero te nunc eiusdem || loci Abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia
 35 seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi assensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem et beati Benedicti regulam prouiderint eligendum, a Romano semper Pontifice consecrandum. Sepultura quoque eiusdem loci omnino liberam esse decernimus, vt eorum qui se illic sepeliri deliberauerint deuotioni vel extreme voluntati, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat.
 40 DECERNIMUS ergo, vt nulli omnino hominum liceat prefatum locum temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conseruentur eorum, pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt vsibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum
 45 ecclesiastica secularisue persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptauerit, secundo tertioque communita, si non satisfactione congrua emendauerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se Diuino Iudici existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini
 50 nostri Jesu Xpi aliena fiat atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax Domini nostri Jesu Xpi, quatinus, et hic fructum bone actionis percipiant, et apud districtum Iudicem premia eterne pacis inueniant. Amen. Amen.
 55 Amen.

Ego Eugenius catholice Ecclesie Episcopus ss.

(rota) BV Datum Tusculani, per manum Gu'donis S.^{te} Romane Ecclesie diaconus cardinalis et cancellarius, xvij.^o Calend. Junii, Indictione xi.^a, Incarnationis Dominice anno mile-

c) eam his scriptum del. A^c

60

simo centesimo xlviiiij. Pontificatus vero Domni Eugenii
Pape iij. Anno quinto.

✠ Ego Conradus Sabinensis episcopus ss.

✠ Ego Oddo diaconus cardinalis S.^{ti} Georgii ad Velum^d Aureum ss.

✠ Ego Vbaldus presbiter cardinalis titulus S.^{te} Praxedis ss.

65

✠ Ego Ymarus Tusculanus episcopus ss.

✠ Ego Octavianus diaconus cardinalis S.^{ti} Nicolai in Carcere Tul-
liano ss.

✠ Ego Joannes Paparo diaconus cardinalis S.^{ti} Adriani ss.

✠ Ego Hugo titulus in Lucina presbiter cardinalis ss.

68

2

Lucius Pp. III Boamundo abbati.

Velletri 1182 ante Kl. Sept. — A f. 69^v-70^r = K n^o 11.

143 Priuilegium Domni Lucii Papæ .iij.

LUCIUS episcopus seruus seruorum Dei dilecto filio Boamundo Ab-
bati Monasterii S.^{ti} Bartholomei, quod in Pinnensi territorio
situm est, eiusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

5 PIE POSTULATIO voluntatis effectum debet prosequente compleri, vt et
deuotionis sinceritas laudabiliter enitescat, et vtilitas postulata vires
indubitanter assumat. EA PROPTER, dilecte in Domino fili^a Boa-
munde Abbas, tuis iustis postulationibus prebentes assensum, et felicias
10 memorie Innocentii Pape predecessoris nostri vestigiis inherentes, mo-
nasterium beati Bartholomei, cui auctore Domino preesse dinosceris
sub beati Petri tutela et nostra protectione suscipimus, et contra prauorum
hominum nequitias Apostolici priuilegii robore communimus, statuentes,
vt quascunque possessiones, quecunque bona idem cenobium in pre-
sentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pon-
15 tificum, regum largitione vel principum, oblatione fidelium, seu aliis
iustis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma tibi tuisque succes-
soribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus
exprimenda vocabulis, videlicet: Castellum Carpinetum, Castellum
Faram cum pertinentiis suis, Ecclesiam quoque S.^{ti} Vitalis, S.^{ti} Mi-
20 chaelis, S.^{ti} Joannis, S.^{te} Marie, S.^{ti} Peregrini, S.^{ti} Nicolai de Viculo,
Ecclesiam Sancte Marie in Sereno, Ecclesias S.^{te} Marie et Sancti Fe-
licis in Catuniano cum pertinentiis suis, Ecclesiam S.^{ti} Xpifori, S.^{te}

d) Velum] 1 corr. A^c

2 a) filii A

Marie in Genestrula, Ecclesiam S.^{ti} Nicolai et S.^{te} Justæ de Castello
 Ocretano, Ecclesiam S.^{te} Marie Britulensis, Ecclesiam S.^{ti} Laurentii
 25 Vnicani, Ecclesiam S.^{te} Marie in Cellulis cum pertinentiis eorum, Ec-
 clesiam S.^{te} Cecilie et S.^{te} Marie de Valeczo, et Valeczum et Fellonacum
 cum pertinentiis suis. Sane chrisma, oleum sanctum, conse-
 crationes Altarium, benedictiones clericorum, a Diocesano suscipietis
 30 Episcopo, si quidem catholicus fuerit, et gratiam atque communionem
 Apostolice Sedis habuerit, eaque gratis et sine prauitate vobis voluerit
 exhibere; alioquin catholicum quemcunque malueritis adeatis Antisti-
 tem, qui vobis postulata indulgeat. Ob eunte vero te nunc eiusdem
 loci Abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus qualibet ibi sub-
 reptionis astutia seu molestia preponatur, nisi quem fratres communi
 35 assensu vel fratrum pars sanioris consilii, secundum Dei timorem et
 beati Benedicti regulam, prouiderint eligendum, a Romano semper
 Pontifice benedicendum. Sepulturam quoque eiusdem loci
 omnino liberam esse decernimus, vt eorum qui se illic sepelire deli-
 berauerunt deuotioni et extreme voluntati, nisi forte excommunicati
 40 sint, nullus obsistat, salua tamen iustitia illarum ecclesiarum, a quibus
 mortuorum corpore assumuntur. NULLI ERGO hominum fas sit
 predictum cenobium temere perturbare, aut eius possessiones auferre,
 vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed
 45 omnia integra conseruentur eorum, pro quorum sustentatione et guber-
 natione concessa sunt, vsibus omnimodis profutura, salua Sedis Apo-
 stolice auctoritate. Si qua igitur in posterum ecclesiastica secu-
 larisue persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam
 temere venire temptauerit, secundo tertioe commonita, nisi presump-
 50 tionem suam condigne correxerit, potesta || tis honorisque sui dignitate
 careat, reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate co-
 gnoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei ac Domini Redemptoris
 nostri Jesu Xpi aliena fiat, atque in extremo examine diuine vltioni
 subiaceat. Cunctis autem eidem loca sua seruantibus sit pax
 Domini nostri Jesu Christi, quatenus, et hic fructum bone actionis per-
 55 cipiant, et apud districtum Iudicem premia eterne pacis inueniant. Amen.
 Amen. Amen.

Ego Lucius catholice Ecclesie Episcopus ss.

(rota) BV Datum Veletri, per manum Alberti S.^{te} Romane Ec-
 60 clesie presbiteri cardinalis et cancellarius, Indictione xv.^a
 Anno Incarnationis Dominice milesimo. centesimo lxxxiiij^o.
 Pontificatus vero Domni Lucii Pape tertii anno .1.

- ✠ Ego Theodinus Portuensis et S.^{te} Rufine episcopus ss.
 ✠ Ego Paulus prenestinus episcopus ss.
 ✠ Ego Joannes presbiter cardinalis titulus S.^{ti} Marci ss.
 65 ✠ Ego Arduinus presbiter cardinalis titulus S.^{te} Crucis in Jerusalem ss.
 ✠ Ego Laborans presbiter cardinalis S.^{te} Marie Transtiberim titulus Sancti Calixti ss.
 ✠ Ego Gratianus Sanctorum Cosme et Damiani diaconus cardinalis ss.
 70

3

*Lucius Pp. III monachis S. Bartholomaei.**Veletri (1182) Sept. 3. — A f. 69^r = K n^o 12.*

142 Litteræ dimissoriæ Domni Lucii Papæ.

LUCIUS episcopus seruus seruorum Dei dilectis filiis monachis et omnibus ad Monasterium S.^{ti} Bartholomei de Carpineto spectantibus salutem et Apostolicam benedictionem. DILECTUM filium nostrum Boamundum, electum uestrum,^a ad Sedem Apostolicam uenientem ea qua decuit benignitate suscepimus, et inuocata sacra^b <Spiritus> Sancti gratia benediximus in Abbatem. IPSUM IGITUR ad Ecclesiam suam cum commendatione Sedis Apostolice remittentes, per Apostolica uobis scripta precipiendo mandamus, quatenus ei obedientiam et reuerentiam debitam impendentes, salubria eius monita et mandata suscipiatis humiliter et firmiter obseruetis. DATO Veletri, tertio nonas septembris.

4

*Lucius Pp. III Guiselmo Laureti comiti.**Veletri (1182) sept. 27. — A f. 70^v = K — (n^o 12^c)*

145 Litteræ Domni Lucii Papæ Guiselmo comiti Laureti.

LUCIUS episcopus seruus seruorum Dei dilecto filio nobili viro Goselmo comiti salutem et Apostolicam benedictionem. CONQUERENTE dilecto filio nostro Abbate S.^{ti} Bartholomei de Carpineto,

3 a) u¹ corr. ex n A^c b) c et a corr. A^c; dein nota formulam esse 'inuo-
cata Spiritus Sancti gratia' (cf. inf. n^o 9), quare suspicari licet sacra male lectum
esse loco Spiritus

5 auribus nostris insonuit quod, cum ipse in nostra esset presentia consti-
 tutus, nuncius venerabilis fratris nostri Pennensis Episcopi nostras ad
 te veritate tacita litteras impetrauit, vt eundem Episcopum in posses-
 sionem Ecclesie S.^{te} Marie de Plano nostra inducens^a auctoritate de-
 10 aliis agitur, venerabili fratri nostro Aprutino Episcopo et dilecto filio
 B. monacho a nobis commissa fuerit audienda. QUONIAM IGITUR
 iustitiam memorati Abbatis per fraudem vel malitiam alicuius non
 patimur deperire, per Apostolica scripta mandamus, quatinus, non
 obstantibus litteris quas iam dicti nuncius Episcopi a nobis veritate
 15 tacita dicitur impetrasse, iam dictum Abbatem prescriptam permittat
 Ecclesiam, sicut antequam iam dictas litteras recepisset habebat, pacifice
 possidere, aut, si in possessionem ipsius earumdem occasione litterarum
 prefatum Episcopum induxisti, nullum super hoc fauorem ei vel auxilium
 defensionis impendas, sed vt eidem restituatur Abbati studiosus ela-
 20 bores. DATUM Veletri .v. cal. Octobris.

5

Mandatum Giraldi cardinalis.(1185) — A f. 70^v-71^r = K — (n^o 14^a).146 Litteræ Giraldi cardinalis S.^{ti} Adriani et vicarius Domni Papæ.

CUM VENERABILIS episcopus Pennensis per nuncium proprium que-
 relam de dilecto fratre nostro Abbate S.^{ti} Bartholomei de Carpi-
 neto et sociis eius deposuisset, quod conuenientiam non seruauerant quam
 5 mera dicebantur fecisse voluntate, postulans, vt in nostra presentia de
 causa ipsa cognosceretur, tam ipsi quam Abbati dedimus in mandatis,
 vt cum suis rationibus nostro se conspectui presentarent causaturi.
 Cum igitur prefixo termino Episcopus aduenisset, pro Abbate et
 Monachis decano Gentili et Gualterio monachis aduenientibus, asscito
 10 venerando episcopo Ferentinate et aliis viris prudentibus et discretis,
 ab vtraque parte que dicebantur audiuiimus diligenter. Imprimis
 itaque Pennensis episcopus petiit a nobis per aduocatum suum, ut
 conuenientiam que facta fuerat inter ipsum et Abbatem de Carpineto
 et recordationem canonicorum et monachorum et penam adiectam face-
 15 remus inuiolabiliter obseruari; de quo instrumentum ostendit sigillo

4 ^a) prob. lg. inducere

suo et Abbatis signatum. Decanus autem, qui cum iam dicto Gualterio monacho vicem gerebat Abbatis et monachorum standi iudicio, sicut in eorum litteris quas nobis transmiserunt cognouimus, responderunt: || quod conuenientia illa non debebat seruari, quia instrumentum conuenientie non erat munitum consensu monachorum et sub-
 20 scriptione eorundem. Exhibite sunt autem alie scripture super eo quod canonici et monachi fuerunt recordati, in quibus continetur de vno exenio Pennensi Episcopo exhibendo, quod monachi presententur, et de duobus seruitiis, a duobus hominibus de Fara eidem Episcopo
 25 prestandi; et de archidiacono Pennensi, quem monachi quatuor, qui ad recordationem fuerunt electi, dicebant gratia beneficii, quod ab ipso Monasterio tenebat, frequenter in festo Sancti Bartholomei in ipso Monasterio cantasse euangelium; quatuor canonicis dicentibus con-
 30 trarium, quod credebant archidiaconus pro dignitate Pennensis Ecclesie ibidem euangelium cantasse, quod iudicio nostro est reseruatum. De seruitio autem duorum hominum de Fara, decanus et socii eius dicebant, quod personale fuerat beneficium Episcopo Grimualdi: aiebant enim arbitres qui scripturam illam fecerunt minus scripsisse, quod secundum
 35 assertionem monachorum ipsi arbitri post factam scripturam et bullatam recognouerunt, licet Episcopus contradiceret. NOS Igitur inconsulte aliquid agere nolentes, cum 'boni sit iudicis nihil, secundum beatum Ambrosium,¹³ de arbitrio suo agere', et quia 'veritas sepius exagitata magis splendescit in lucem', decreuimus, vt saluo omni eo quod dicere possunt, tam Episcopus
 40 quam Monachi, de facto et de iure super propositis questionibus et proponendis, statuimus terminum vsque ad proximum festum natiuitatis Dominice Genitricis, quo testes super omnibus predictis dubietatibus et questionibus ab vtraque parte recipiantur et nobis postmodum presententur, vt largiente Domino sententiam dictare, sicut iuris ordo postulat, valeamus.
 45

¹³ ML 15 1571 = Hom. XX in Ps. 118 n. 36 'Bonus enim iudex nihil ex arbitrio suo facit', qui textus (omisso 'enim') legitur in Decreto Gratiani (e quo prob. sumpsit Giraldus) c. 4, C. III, Q. 7, § 1; Friedberg I, 527].

6

*Urbanus Pp. III Girardo cardinali**Veronae (1187) febr. 5. — A f. 72^v = K *19*

150 Litteræ Domni Urbani Papæ Girardo vicario suo.

VRBANUS episcopus seruus seruorum Dei dilecto filio Girardo S.^{ti} Adriani diacono cardinali, vicario nostro, salutem et Apostolicam benedictionem. DILECTI filii nostri Abbas et fratres S.^{ti} Bartholomei Pennensis, transmissa nobis conquestione, monstrarunt, quod venerabilis frater noster Pennensis Episcopus super iure parrochiali medietatis castelli quod dicitur Genestrula sex denarii <s> censualibus, Ecclesia S.^{ti} Peregrini duobus casalibus,^a et multis aliis eis iniuriosus existit. NOS ITAQUE causam ipsam tue discretionis examini committentes, per
10 Apostolica scripta mandamus, quatinus, vocatis ad tuam presentiam partibus et auditis que hinc inde duxerint proponenda, quod iustum fuerit, appellatione remota, iudices et facias firmiter obseruari; ita quod fratribus ipsis pro defectu iustitie digna non remaneat materia conquirendi. DATUM Verone Non. febrarii.

7

*Urbanus Pp. III Pennensi Episcopo**Veronae (1187) febr. 5. — A f. 72^r = K *20*

149 Litteræ Domni Urbani Papæ Pennensi Episcopo.

VRBANUS episcopus seruus seruorum Dei venerabili fratri Pennensi Episcopo salutem et Apostolicam benedictionem. EX PARTE dilectorum filiorum n<ost>rorum Abbatis et fratrum sancti Bartholomei
5 querelam accepimus, quod super parrochiali iure medietatis Castelli quod dicitur Genestrula sex denariis censualibus, Ecclesia S.^{ti} Peregrini duobus etiam casalibus,^a et multis aliis eis iniuriosus existis. QUIA
IGITUR quantum Monasterium ipsum specialius beati Petri iuris existit, tanto amplius iura eius illibata seruare tenemur, fraternitatem tuam
10 rogamus attentius et per Apostolica scripta mandamus, quatinus Mo-

6 a) certo lg. censualibus

7 a) certo lg. censualibus

nasterium ipsum pro reuerentia Sedis Apostolice, ad quam nullo pertinet mediante, diligas et in suo iure defendas, ac de predictis et aliis quæ-
 15 moniis quas proponuntur cum fratribus ipsis amice componas, ita quod eis iusta de te non remaneat materia conquerendi. SI VERO de iure
 confidis, coram dilecto filio Girardo S.^{ti} Adriani diacono cardinali,
 vicario nostro, cui negotium commissimus, causam tuam ordine iudi-
 c<i>ario prosequaris. DATUM Verone, Non. februarii.

8

*Celestinus Pp. III Aprutino episcopo et abbati
 S. Nicolai de Trotino*

Laterani, 1192 aug. 1. — A f. 75^r = K — (n^o 27^u).

158 Litteræ Domni Celestini Papæ.

CELESTINUS episcopus seruus seruorum Dei venerabili fratri Apru-
 tino Episcopo et dilecto filio Abbati S.^{ti} Nicolai de Trotina salutem
 et Apostolicam benedictionem. QUERELAM dilecti filii nostri Abbatis
 5 S.^{ti} Bartholomei de Carpineto accepimus, quod nobilis vir Bernardus
 comes Laureti et Maria comitissa vxor sua eum et monasterium Ecclesia
 S.^{te} Marie in Plano per violentiam spoliarunt; et licet tu frater Episcopo,
 et dilectus filius Abbas S.^{ti} Clementis de Piscaria, ad mandatum pic
 recordationis Clementis Papa<e> predecessoris nostri eundem comitem
 10 et comitissam diligentius monueritis, vt quod male fecerant emenda-
 rentur, vestris super hoc monitis acquiescere contempserunt. NE
 IGITUR dictum Monasterium Ecclesia illa diutius maneat spoliatum,
 diligentie vestre per Apostolica scripta mandamus, precipiendo memo-
 ratos comitem et comitissam diligenti curetis admonitione inducere,
 15 vt si res ita se habeat, eandem Ecclesiam prefato Abbati et Monasterio
 suo resignent et permittant pacifice possidere. QUOD SI commoni-
 tioni vestre acquiescere forte noluerint, illos, ad hec nostra freti auctori-
 tate, cessante appellatione cogatis. DATUM Laterani, cal. Augusti,
 pontificatus nostri anno secundo.

9

*Celestinus Pp. III monachis S. Bartholomæi**Laterani, 1194 mart. 28. — A f. 75^v = K n^o 30*

160 Litteræ Domni Papæ Celestini pro confirmando Abbate.

CELESTINUS episcopus seruus seruorum Dei dilectis filiis decano et conuentui S.^{ti} Bartholomei de Carpineto salutem et Apostolicam benedictionem. SICUT ex litteris vestris accepimus, iuxta mandatum nostrum pro eligendo vobis pastore secundum beati Benedicti regulam conuenistis, et, inuocata ^a Spiritus Sancti gratia, vota vestra in dilectum filium Gualterium monachum Casinensem, virum, sicut dicitur, prouidum et discretum, pariter conuenerunt et eum in pastorem vestrum vnanimiter elegistis. QUO CIRCA vniuersitati vestre per Apostolica scripta mandamus, quatinus eundem electum vestrum <ad nostram> presentiam transmittatis, confirmationis et benedictionis munus, prout dignum fuerit, a Sede Apostolica recepturum. DATUM Laterani v. cal. Aprilis, Pontificatus nostri Anno tertio.

APPENDIX

Privilegium Innocentii III et Litterae Honorii III

1

Reate 1198 aug. 1 = Innocentii Pp. III a. 1. — A f. 77^v-78^r.¹⁴

INNOCENTIUS III praedecessorum suorum Innocentii <II>, Lucii <III>, Urbani <III>, et Celestini <III> privilegia innovans, Gualterium abbatem et monachos S. Bartholomæi sub Apostolicae Sedis protectionem suscipit.

167 Priuilegium Domni Innocentii Papæ iij.

INNOCENTIUS episcopus seruus seruorum Dei dilectis filiis Gualterio abbati monasterii ^a S.^{ti} Bartholomei, quod in Pennensi territorio situm est, eiusque fratribus tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum. MONET NOS Apostolice Sedis, cui licet im-

9 ^a) invocato A1 ^a) monasterio A¹⁴ ML 214-17 in Regestis Innocentii III privilegii nulla fit mentio.

meriti presidemus, auctoritas, pro statu omnium Ecclesiarum provida circumspicione satagere, et ne malignorum rapinis vel molestiis exponantur, Apostolicum ipsis patrocinium exhibere. EA PROPTER dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et felicitis recordationis predecessorum nostrorum Innocentii, Lucii, Urbani et Celestini, Romanorum Pontificum vestigiis inherentes, monasterium beati Bartholomei, quod in Pennensi territorio situm est, quod specialiter beati Petri iuris existit, in quo diuino mancipati estis obsequio, sub^b beati Petri <tutela>^c et nostra protectione suscipimus, et contra prauorum hominum nequitiam Apostolici priuilegii robore comunimus. Preterea, quascunq; possessiones, quecunq; bona idem monasterium in presentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu allis iustis modis, prestante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisq; successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: Locum ipsum in quo prefatum Monasterium situm est cum omnibus pertinentiis suis, Castellum videlicet Carpinetum, Somatum, Castellum Fara, cum pertinentiis suis, Ecclesiam quoque S.^{ti} Vitalis, cum pertinentiis suis, Ecclesiam S.^{ti} Michaelis, Ecclesiam S.^{ti} Joannis, Ecclesiam S.^{te} Marie, Ecclesiam S.^{ti} Peregrini, Ecclesiam S.^{ti} Nicolai de Viculo, Ecclesiam S.^{te} Marie in Sereno, Ecclesias S.^{te} Marie et Sancti Felicis in Catuniano, cum pertinentiis suis, Ecclesiam Sancti Joannis, Ecclesiam S.^{ti} Jacobi, Ecclesiam S.^{ti} Xpofori, Ecclesiam S.^{te} Marie in Genestrula, Ecclesias S.^{ti} Nicolai et S.^{te} Juste de Ocretano, Ecclesiam S.^{te} Marie de Britulo, Ecclesiam S.^{ti} Laurentii de Fabrica, Ecclesiam S.^{ti} Joannis in Balneo, Ecclesiam S.^{ti} Laurentii de Vnicani, Ecclesiam S.^{te} Marie in Plano, Ecclesiam S.^{te} Marie in Cellulis, cum pertinentiis eorum, Ecclesiam S.^{te} Marie in Valeczo et Valeczum, Ecclesiam S.^{te} Cecilie, Ecclesiam^e S.^{te} Juste de Fellonaco et Fellonacum cum pertinentiis suis. Crisma vero, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicorum, ordinationes monachorum seu clericorum, vestrorum, qui ad sacros ordines fuerint promouendi, a diocesano suscipiatis Episcopo, si quidem catholicus fuerit, et gratiam atque communionem Apostolice Sedis habuerit, et ea vobis gratis et absque prauitate vel exactione aliqua voluerit exhibere; alioquin liceat vobis quem malueritis catholicum adire antistitem, qui nimirum nostra fultus auctoritate, vobis quod postulatur indulgeat. Li-

b) post sub del. berati corr. A^c

c) e nota formula inseruimus

d) s ex III

e) ecclesie A

ceat quoque vobis clericos vel laicos liberos et absolutos, a seculo
 fugientes, ad conuersionem recipere et eos absque contradictione aliqua
 45 retinere. Sepulturam preterea ipsius loci liberam esse decernimus,
 vt eorum deuotioni et extreme voluntati, qui se illic sepeliri deliberauerint,
 nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat; salua tamen
 iustitia illarum Ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur.
 O beunte vero te nunc eiusdem loci Abbate, vel tuorum quolibet
 50 successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu molestia pre-
 ponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum maior pars
 concilii sanioris, secundum Dei timorem || et beati Benedicti regulam, 78
 prouiderint eligendum, a Romano semper, tanquam ad ipsum specialiter
 pertinente <m>, Pontifice benedicendum. DECERNIMUS ERGO, vt nulli
 55 hominum liceat prefatum Monasterium temere perturbare, aut eius
 possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexa-
 tionibus fatigare; sed omnia illibata et integra conseruentur, eorum,
 pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, vsibus omni-
 modis profutura, salua Sedis Apostolice auctoritate. Si qua igitur
 60 tur in futurum ecclesiastica secularisue persona hanc nostre consti-
 tutionis paginam sciens contra eam temere venire temptauerit, secundo
 tertioe commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit,
 potestatis honorisque sui dignitate^f careat, reamque se diuino iudicio
 existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac
 65 sanguine Dei et Domini redemptoris nostri Jesu Xpi aliena fiat atque
 in extremo examine districte ultioni^g subiaceat. Cunctis autem
 eidem loco sua iura seruantibus sit pax Domini nostri Jesu Xpi,
 quatinus, et hic fructum bone actionis percipiant, et apud districtum
 iudicem premia eterne pacis inueniant. Amen. Amen. Amen.

70 Ego Innocentius Catholice Ecclesie Episcopus ss.

(rota) BV Datum Reate per manum Rainaldi Domni Pape notarii,
 cancellarii vicem agentis, secundo idus augusti, indictione
 prima, incarnationis dominice anno .M^o.C^o.XC^o.VIII^o.
 Pontificatus vero Domni Innocentii Papæ .III. anno
 75 primo. - . -

✠ Ego Petrus Portuensis et S.^{te} Rufine episcopus ss.

✠ Ego Petrus titulus S.^{te} Cecilie presbiter card. ss.

✠ Ego Jordanus presbiter card. Pudentiane titulus Pastoris ss.

f) dignitati A g) ultionis A

- 80 † Ego Guido ^h S.^{te} Marie Transiberim titulus Calixti presbiter
card. ss.
† Ego Cinthius titulus S.^{ti} Laureⁿtii in Lucina presbiter
card. ss.
† Ego Soffredus titulus S.^{te} Praxedis presbiter card. ss.
† Ego Girardus S.^{ti} Adriani diaconus card. ss.
85 † Ego Gregorius ⁱ S.^{te} Marie in Aquiro diaconus card. ss.
† Ego Gregorius S.^{ti} Georgii ad Vellum Aureum diaconus card. ss.
† Ego Petrus S.^{te} Marie in Via Lata diaconus card. ss.

2

Laterani 1217 ian. 31 = Honorii Pp. III a. I. — A f. 78^v.¹⁵

Gualterio abbate in Pennensem episcopum assumpto, Honorius Pp. III
fratribus monasterii mandat, ut de novo pastore canonicè eligendo provideant.

168. Litteræ Domni Honorii Papæ pro eligendo abbate.

HONORIUS episcopus seruorum Dei dilectis filiis conuentui
monasterii S.^{ti} Bartholomei de Carpineto salutemet Apostolicam
benedictionem. CUM GUALTERIUS, quondam abbas vester, in Pennen-
5 sem episcopum sit assumptus, ne Monasterium vestrum diutius maneat
pastoris solatio destitutum, vniuersitati vestre per Apostolica scripta
mandamus, quatinus ^a conueneritis ^b in vnum, Spiritus Sancti gratia
inuocata, talem vobis preficiatis per electionem canonicam in pasto-
re <m>, ^c qui tanto congruat oneri et honori. DATUM Laterani ij^o.
10 Cal. Martii. Pontificatus nostri anno primo.

^h) G corr. A^c ⁱ) prob. corr. ex Georgius A^c (re corr., or interl.)
2 ^a) quatenus UGHELLI ^b) lg conuenientes ^c) pastorem UGHELLI

¹⁵ Editæ ab UGHELLI ²I (1717) 1133, e quo laudatæ a P. PRESSUTTI, *I Regesti del Pontefice Onorio III I* (1884) 92 n^o 326 ad a. 1217 19/2 et postea ab eodem editæ inter *Regesta Honorii Papæ III I* (1888) 63 n^o 354; regestum autem apud A. POTTHAST, *Regesta Romanorum Pontificum I* (1874) 481 n^o 5465. Nota tamen datum apud Pressutti esse 'XI cal.' (forte recte) loco 'ij^o' A.

3

Laterani 1217 mai. 10 = Honorii Pp. III a. I. — A f. 78^v 16

Honorius III Pandulfo subdiacono suo: reiecta postulatione de abbate s. Clementis Tiburtini monasterio s. Bartolomaei de Carpineto proficiendo, eidem committit, ut arbiter in nova electione se constituat.

HONORIUS episcopus seruus seruorum Dei dilecto filio Pandulfo subdiacono nostro salutem et Apostolicam benedictionem. CUM POSTULATIONEM a^a dilecto filio G. et quibusdam aliis monachis Monasterii S.^{ti} Bartholomei de Carpineto factam de abbate S.^{ti} Clementis Tiburtini contra statuta Lateranensis Concilii¹⁷ non duxerimus aprobendam, discretioni tue per Apostolica scripta mandamus, quatinus conuentum Monasterii memorati moneas et inducas, vt sibi proficiant personam idoneam in abbatem. TU VERO in medio eorum tanquam lapis angularis existens, electionem quam maior et sanior pars vestrorum canonice celebrarint, auctoritate nostra sicut videris expedire, appellatione remota, confirmes, dummodo electionem non obuiet de canonicis institutis. DATUM Laterani VI.^o nonas maii pontificatus nostri anno primo.

V

CASTIGATIONES IN TEXTUM KEHRRI

Hucusque adnotata et edita recolligentes, ea quae in Kehrii textum addenda vel emendanda inuenimus, auctorem per paginas, numeros et lineas prosequentes, breuiter tradituri sumus. Si quae obscuriora supersint, paulo uberius immorantes illustrare studebimus.

p. 292 (in bibliographia) + L. H. COTTINEAU, *Répertoire topo-bibliographique des Abbayes et Prieurés* I (1936) 606 sub voce 'Carpineto della Nova' nihil novi addens.

p. 293 l. 4 + 'quae omnia servavit codex Ambrosianus n^o 137 s 140 144 (151) 154 157 165'.

3 a) a interl. A (= A^c ?)

¹⁶ Deest apud P. PRESSUTTI, *Regesta Honorii Papae III* (cf. not. 15).

¹⁷ Supponitur hic certo cumulus abbatiarum, qui quidem in Conc. Lateranensi IV a. 1215 in cap. XIII 'De novis religionibus prohibitis' improbatus fuerat: 'Illud etiam prohibemus, ne quis in || diversis monasteriis locum monachi habere praesumat, nec unus abbas pluribus monasteriis praesidere'. MANSI 22 (1728) 1002-03.

p. 293 l. 5 + 'extat et aliud Friderici II privilegium a. 1200 oct. 19 in ms. Chisiano E VI 187 pergamena 7 (original.) et f. 29^{rv} (copia)'.
 p. 293 *alin.* 2^{ss} (in codicum serie, litteris diminutis) sub siglo C :

l. 4 lc. 'duo exemplaria' lg. 'tria exemplaria'; de duobus exemplaribus Brancacciano et Chisiano cf. quae supra animadvertimus, hic vero tantum ad n^o 1) punctum interrogationis (?) apponendum l. 4 post 's. XVIII' et l. 5 post 'fr. Benedicto Conti Sorano'; ad n^o 2) vero addendum: 'e codice in quo fr. Benedictus Conti Soranus I librum et alter scriba reliquos quinque libros descripserat una manus exaravit'; l. 9 post 'cf. Pertz in Archiv IV 528' + '3) cod. s. XVII (a. 1606), Milano bibl. Ambrosiana D 70 inf., a fr. Ioanne de Valle monacho monasterii cisterciensis de Casanova ex ipso originali exaratus, integre codicem fr. Alexandri exhibens, hucusque ignotus, in hac elucubratione descriptus et excerptim editus';

sub siglo C¹ l. 2 post 'f. 93 sq.' + '(cf. etiam 92^r)'; l. 1 lc. 'exscripsit' lg. 'exscribi curavit'; l. 3 post 'editione' + 'inveniuntur quoque in cod. Chisiano G VI 157 f. 153^v-154^v (novae numerat.)'; post l. 3 + 'et e codice Ambrosiano f. 2^r-4^v EphC 3 (1949) 366-373'.

sub siglo C³ l. 1 post 'Brancacciano', + 'integre in codice Ambrosiano servatus; attamen in cod. Chisiano f. 185^r-188^v exstant Capitula Ambrosiani 8. 7. 9.' C³ adiicientes foliorum numerum, Ambrosianum referemus.

p. 294 post l. 5 + 'NB. Ughelli nec codicem fr. Alexandri nec privilegia ex originalibus ipse unquam forte exscripsit'.

Monitum. — In sequentibus numeris Kehrii marginalibus actorum seriem continuam praenotantibus utemur.

n^o 1 l. 7 lc. 'C³' lg. 'C³ f. 63^{rv} n^o 128'; l. 8 post 'C³' + '(?)'.

n^o 3 l. 8 lc. 'C³' lg. 'C³ f. 63^v-64^r n^o 133'; l. 9 post 'C³' + '(?)'.

n^o 4 l. 6 post 'C¹ Reg.' + 'C³ f. 67^v-68^r n^o 136'; post 'Ed. ... ex D' + 'et EphC 3 (1949) 375 n^o 1'.

n^o 11 l. 1 tempus pressius determinari potest: 'Velletri 1182 (paulo ante sept. 1)' propter indictionem, annum pontificatus, et n^o 12, cum certo annus incarnationis 1183 admittendus non sit, nisi ut lectio vitiosa; l. 6 post 'C¹ Reg.' + 'C³ f. 69^v-70^r n^o 143'; post 'Ed. ... ex D' + 'et EphC 3 (1949) 377 n^o 2 ex C³'.

n° 12 omnino sic emendandum :

‘ *Velletri (1182) sept. 3*

LUCIUS III monachis et omnibus ad monasterium s. Bartholomaei spectantibus nuntiat se Boamundum abbatem ab eis electum benigne suscepisse, eidem benedixisse et ad suos revertenti debitam reverentiam et obedientiam praecipit impendendam. - Dilectum filium nostrum Boamundum. Dat. Velletri 3 non. sept.

*C*¹ Reg. *C*² laud. (Ughelli ¹VI 1267; ²X^b 375) *C*³ f. 69^r n° 142. - Ed. EphC 3 (1949) 379 n° 3 ex *C*³. - Reg. JL. - .’

n° *12^a (KEHR—):

‘ (*Velletri 1182 [aug.-sept.?]*)

LUCIUS III mandat <Attoni> Aprutino episcopo et B(erardo) monacho <s. Clementis de Piscaria> causam quae inter episcopum Pennensem et monasterium s. Bartholomaei de ecclesia s. Mariae de Plano et quibusdam aliis agitur decidendam.

Laudatur in litteris n° 12^c recensitis.

n° *12^b (KEHR—):

‘ (*Velletri 1182 [aug.-sept.?]*)

LUCIUS III litteras mittit ad Goselimum comitem Laureti ut episcopum Pennensem contra monasterium s. Bartholomaei agentem in ecclesiae s. Mariae de Plano possessionem inducat.

Laudantur in litteris n° 12^c recensitis et subreptitiae declarantur.

n° *12^c (KEHR—, sed cf. n° *17):

‘ *Velletri (1182) sept. 27*

LUCIUS III mittit litteras ad Guiselmum comitem Laureti ut, litteras apostolicas a nuncio episcopi Pennensis veritate tacita ad eum impetratas (n° 12^b), quibus eundem episcopum apostolico mandato in possessionem ecclesiae s. Mariae de Plano induceret, cum causa apostolica auctoritate episcopo Aprutino et B(erardo) monacho audienda commissa sit, nullius prorsus esse valoris sciens, vel abbatem in pacifica eiusdem ecclesiae possessione esse permittat, vel, si episcopum in eiusmodi possessionem iam induxerit, nullum amplius favorem aut auxilium praestet, sed ut abbati restituatur studiosius elaboret. - Conquerente dilecto filio nostro. Dat. Velletri 5 cal. oct.

*C*¹ *C*³ f. 70^v n° 145. - Ed. EphC 3 (1949) 379 n° 4 ex *C*³. - Cf. infra dicenda n° 17.’

Cum in litteris de Boamundo abbate declaretur ‘ cum ipse in nostra esset presentia constitutus’, litteras subreptitias esse impetratas, factum paulo ante ineuntem mensem septembrem a. 1182 referendum est, cum lis de benedictione abbatis ad apostolicam sedem ob appellationem devoluta

coram Lucio III decisa est (cf. KEHR n^o 9). Ideo eodem anno 1182 n^o 9. 11. 12. 12^a.^c omnia acta fuisse putamus.

n^o 14-16: horum actorum aetas sic pressius statuenda videtur: iuxta adnotata ad n^o *16 (ap. KEHR l. 5-7), Veronae, quo in kalendas februarias (1186) advocante Lucio III (n^o *16), Alexander monachus (Chronici auctor) nuncius pro abbate advenerat, benigne ab Urbano III successore suscipitur (post 1185 nov. 25); ergo Lucii mandatum (n^o *16), ad quem monachi (mense septembri) appellarunt (n^o *15), ad mensem novembrem a. 1185 reponendum videtur, quo anno 8 septembri (iuxta n^o 14^a) partes ad litem finiendam convenerant; ergo a. 1185 n^o 14 quoque commode assignatur.

n^o *14 l. 1 iuxta supra exposita lc. '(1184-85)' lg '(1185)'; l. 4 delendum 'C¹ et': nam C¹ n^o 146 (= C³ f. 70^v-71^r) iuxta cod. Ambrosianum de aliis litteris agit; l. 5 'Catiniano' (sicut et n^o *10 l. 6), in privilegiis pontificiis originalibus et in Ambrosiano 'Catuniano' legitur.

n^o 14^a (KEHR—):

'(1185)

Girardus diaconus cardinalis s. Adriani, Lucii III vicarius, auditis partibus, per suas litteras convocatis, episcopo pro se agente, Gentile vero decano et Gualterio monachis pro monasterio s. Bartholomaei, causae decisionem differens, novum utrique parti ad testes recipiendos et praesentandos terminum statuit festum nativitatis Dominicae Genitricis (8 sept.). - Cum venerabilis episcopus Pennensis.

C¹ n^o 146 C³ f. 70^v-71^r n^o 146. - Ed. EphC 3 (1949) 380 n^o 5 ex C³.

n^o *17: ad fidem regesti Kehrii aliae hae litterae videntur ac illae de quibus supra n^o 12^c, quo in casu prob. post illas item datae censendae sunt, ideoque inter a. 1182 (post 27 sept.) et 1185 (ante 25 nov.) et l. 4 delendum 'C¹ et'.

n^o 18 l. 7 post 'C¹ Reg.' + 'C³ f. 71^v-72^r n^o 148'.

n^o 19 emendandum totum:

'Veronae (1187) febr. 5

Urbanus III mandat Girardo diac. card. s. Adriani, vicario suo, ut iniurias ab episcopo Pennensi monasterio s. Bartholomaei illatas super castello Genestrulae, ecclesia s. Peregrini et multis aliis examinet et, advocatis partibus, appellatione remota, iudicium et ferat et servandum curet. - Dilecti filii nostri. Dat. Veron. non. febr.

C¹ C² (Ughelli ¹VI 1269; ²X^b 376) C³ f. 72^v n^o 150. - Ed. EphC 3 (1949) 382 n^o 6 ex C³. - Reg. JL -.

n° 20 (deest ap. KEHR, qui notitiam tantum e n° *19 hausit) totum emendandum :

‘Veronae (1187) febr. 5

Urbanus III mandat episcopo Pennensi, ut de Castello Genestrula, ecclesia s. Peregrini et multis aliis vel cum monachis s. Bartholomaei amice se componat, vel ordine iudiciario coram Girardo diac. card. s. Adriani, vicario suo, cui negotium commisit, causam prosequatur. — Ex parte dilectorum. Dat. Veron. non. febr.

C¹ C³ f. 72^r n° 149; Ed. EphC 3 (1949) 382 n° 7 ex C³.

NB. Valde miramur Kehrium in regesto l. 2 Girardum cardinalem vocare ‘mag(istrum)’ simpliciter, quin de cardine Romanae Ecclesiae eum prodat.

n° *26^a :

‘(1191-92?)

Clemens III mandat <Attoni> episcopo Aprutino et abbati s. Clementis de Piscaria, ut Bernardum comitem Laureti et Mariam comitissam, uxorem eius, qui monasterium s. Bartholomaei ecclesia s. Mariae de Plano expoliaverunt, de iure monasterio integre servando admoneant.

Laudat. in litteris Celestini III n° 27^a.

n° 27 l.7 post ‘C^r Reg.’ + ‘C³ f. 73^v-74^v n° 155’.

n° 27^a (KEHR—):

‘Lateran. 1192 aug. 1

Celestinus III mandat episcopo Aprutino et abbati s. Nicolai de Trotina, ut Bernardum comitem Laureti et Mariam comitissam, uxorem eius, qui monasterium s. Bartholomaei ecclesia s. Mariae de Plano violenter spoliaverunt, ab eodem episcopo Aprutino et ab abbate s. Clementis de Piscaria mandante Clemente Pp. <III> frustra admonitos, denuo de iure monasterio servando moneant, secus absque appellatione ad id apostolica auctoritate adigant. — Querelam dilecti filii nostri. Dat. Lateran. cal. august. pont. n. a. 2.

C¹ C³ f. 75^r n° 158. - Ed. EphC 3 (1949) 383 n° 8 ex C³. - Reg. Kehr. -’.

n° 30 l.7 post ‘C¹ Reg.’ + ‘C³ f. 75^v n° 160’; post ‘Ed. ... ex D’ + ‘et EphC 3 (1949) 384 n° 9 ex C³’.

n° 32 l.6 post ‘C¹ Reg.’ + ‘C³ f. 76^v n° 164’.

n^o 33 l.8 post 'C¹ Reg.' + 'C³ f. 76^{rv} n^o 163'; l. 10-11 'litteris dimissoriis et indulgentiae' cf. inscriptiones C¹ et C³ n^o 163. 164 'Litterae dimissoriae... indulgentiae'.

n^o *34 l.1 datum '(1191-94?)' in '(1194)' corrigendum: nam hoc eodem anno Gualterius abbas benedictionis munus accepit (n^o 32 s); immo et litteras n^o *34 s eodem tempore datas et fortassis eadem ipsa die ac superiores duas (n^o 32 s), nempe 28 sept. 1194, cf. 'propter monasterii gravamina' n^o 33 l.3; utcumque, nullatenus perspicitur, cur n^o *34 sit datum propositum '(1191-94?)' et n^o *35 '(1194)' de eadem causa simul iudicanda, et cur n^o *34 l.2 nomen Celestini inter uncos cum signo interrogationis inclusum sit.

APPENDIX

EMENDATIONES

IN ALIOS ITALIAE PONTIFICIAE LOCOS

Morem Kehrri in diligentissimis registis conficiendis gerentes, sequentes additiones et emendationes inducemus, tantum dubitantes de n^o 12^a ad monasterium s. Clementis de Piscaria utrum recte statu possit, sperantes autem abundantiam ex se ipsa veniam esse consecuturam.

1

Episcopatus Valvensis (K IV 252-58)

Inserendum p. 258 n^o 26^a :

'(Lateran.) 1194 (sept. 28?)

Celestinus III delegat ep. Valvensem, ut causam inter Gualterium abbatem s. Bartholomaei de Carpineto et Michaelem abbatem s. Petri de Laureto super ecclesia s. Mariae de Plano decidat.

v. Loreto Aprutino, Mon. s. Petri n^o 1. (*infra* p. 399).

2

Episcopatus Pennensis (K IV 283-89)

NB. — Conspectum omnium inter episcopos Pennenses et monasterium s. Bartholomaei actorum iuxta Kehrri ad 'Episcopatum Pennensem' seriem praebentes, addita et castigata innumeris regestorum s. Bartholomaei laudatis et paginis ('*sup. p.*...') huius nostrae editionis.

<i>Ep. Penn.</i>		<i>S. Barth.</i>	<i>Castigationes Kehr.</i>
*5	=	*2	
*15	=	*6	
*16	=	*7	
*18	=	*9	
*19	=	*10	
*19 ^a	=	*12 ^a	— ap. KEHR : v. sup. p. 390
*19 ^b	=	*12 ^b	— ap. KEHR : v. sup. p. 390
19 ^c	=	12 ^c	— ap. KEHR : v. sup. p. 390
*23	=	*14	v. sup. p. 391
23 ^a	=	14 ^a	— ap. KEHR : v. sup. p. 391
*24	=	*15	v. sup. p. 391
*25	=	*16	v. sup. p. 391
26	=	19	v. sup. p. 391
27	=	20	v. sup. p. 392
*28	=	*21	
*29	=	*22	
*30	=	*23	
*32	=	*31	

Summatim e numeris 35 (+ 4) Episcopatus Pennensis, 14 (+ 4) monasterium s. Bartholomaei respiciunt.

Mutationes in regesta Episcopatus Pennensis inducendae :

n^o *19^a (KEHR—):

‘(Velletri 1182 [aug.-sept.2])

LUCIUS III mandat <Attoni> Aprutino episcopo et B(erardo) monacho <s. Clementis de Piscaria> causam quae inter episcopum Pennensem et monasterium s. Bartholomaei de ecclesia s. Mariae de Plano et quibusdam aliis agitur decidendam.

v. Mon. s. Bartholomaei de Carpineto n^o *12^a’ (sup. p. 390).

n^o *19^b (KEHR—):

‘(Velletri 1182 [aug.-sept.2])

LUCIUS III litteras mittit ad Goselimum comitem Laureti, ut episcopum Pennensem contra monasterium s. Bartholomaei agentem in ecclesiae s. Mariae de Plano possessionem inducat.

v. Mon. s. Bartholomaei de Carpineto n^o *12^b’ (sup. p. 390).

n^o 19^c (KEHR—):

‘Velletri (1182) sept. 27

LUCIUS III litteras mittit ad Guiselmum comitem Laureti, ut, litteras apostolicas a nuncio Pennensis episcopi veritate tacita ad eum impetratas, quibus eundem episcopum in possessionem ecclesiae s. Ma-

riae de Plano induceret, cum iam causa apostolica auctoritate episcopo Aprutino et B(erardo) monacho audienda commissa sit, nullius prorsus esse valoris sciens, vel abbatem in pacifica eiusdem ecclesiae possessione esse permittat vel, si episcopum in eiusmodi possessionem iam induxerit, nullum amplius favorem aut auxilium praestet, sed ut abbati restituatur studiosius elaboret.

v. Mon. s. Bartholomaei de Carpineto n° 12^c (*sup. p. 390*).

n° *23 datum '(1184-85)' mutandum in '(1185)'.

n° 23^a (KEHR—):

'(1185)

Girardus diac. card. s. Adriani, Lucii III vicarius, auditis partibus, per suas litteras convocatis, episcopo pro se agente, Gentile vero decano et Gualterio monachis pro monasterio s. Bartholomaei, causae decisionem differens, novum utrique parti ad testes recipiendos et praesentandos terminum statuit festum nativitatis Dominicae Genitricis (8 sept.).

v. Mon. s. Bartholomaei de Carpineto n° 14^a (*sup. p. 391*).

n° *24 datum '(1184-85)' mutandum in '(1185)'.

n° *25 datum '(1184-85)', mutandum in '(1185 post sept. 8)'.

n° 26 totum emendandum:

'Veron. (1187) febr. 5

Urbanus III mandat Girardo diac. card. s. Adriani, vicario suo, ut iniurias ab episcopo Pennensi monasterio s. Bartholomaei illatas super castello Genestrulae, ecclesia s. Peregrini et multis aliis examinet, et, advocatis partibus, appellatione remota iudicium et ferat et observandum curet.

v. Mon. s. Bartholomaei n° 19' (*sup. p. 391*).

n° 27 (KEHR notitiam tantum ex n° 26 hausit):

'Veron. (1187) febr. 5

Urbanus III mandat episcopo Pennensi, ut de castello Genestrula, ecclesia s. Peregrini et multis aliis vel cum monachis s. Bartholomaei amice se componat, vel ordine iudiciario coram Girardo diac. card. s. Adriani, vicario suo, cui negotium ipse commisit, causam prosequatur.

v. Mon. s. Bartholomaei n° 20' (*sup. p. 392*).

3

Comes Laureti (K IV 290)

n^o *2 :

' (Velletri 1182 [aug.-sept.])

Lucius III litteras mittit ad Goselimum comitem Laureti, ut episcopum Pennensem contra monasterium s. Bartholomaei in possessionem ecclesiae s. Mariae de Plano inducat.

v. Mon. s. Bartholomaei de Carpineto n^o *12^b' (sup. p. 390).

n^o *3 :

' (1191-92)

Clemens III mandat <Attoni> episcopo Aprutino et abbati s. Clementis de Piscaria, ut Bernardum comitem Laureti et Mariam comitissam, uxorem eius, qui monasterium s. Bartholomaei ecclesia s. Mariae de Plano expoliaverunt, de iure monasterio integre servando admoneant.

Laudat. in litteris Celestini III n^o 4.

v. Mon. s. Bartholomaei de Carpineto n^o *26^a' (sup. p. 392).

n^o 4 (KEHR—):

' Lateran. 1192 aug. 1

Celestinus III mandat episcopo Aprutino et abbati s. Nicolai de Trotina, ut Bernardum comitem Laureti et Mariam comitissam, uxorem eius, qui monasterium s. Bartholomaei ecclesia s. Mariae de Plano violenter spoliaverunt, ab eodem episcopo Aprutino et ab abbate s. Clementis de Piscaria mandante Clemente Pp. III frustra admonitos, denuo de iure monasterio servando moneant, secus absque appellatione ad id apostolica auctoritate adigant.

v. Mon. s. Bartholomaei de Carpineto n^o 27^a' (sup. p. 392).

4

Monasterium s. Clementis de Piscaria (K IV 299-306)

n^o *27^a (KEHR—):

' (1070-81 [prob. 1181])

Alexander III committit Aprutino episcopo et Leonati S.R.E. diac. card. et abbati s. Clementis de Piscaria causam inter Oderisium episcopum Pennensem et Oliverium abbatem s. Bartholomaei super ecclesia s. Mariae de Plano concordia vel iudicialiter terminandam.

v. Mon. s. Bartholomaei de Carpineto n^o *7.'

n^o *27^b (KEHR—):

‘(Velletri 1182 [aug-sept.])

Lucius III mandat <Attoni> Aprutino episcopo et B(erardo) monacho <s. Clementis de Piscaria> causam, quae inter episcopum Pennensem et monasterium s. Bartholomaei de ecclesia s. Mariae de Plano et quibusdam aliis agitur, decidendam.

Laudat. in litteris Lucii III ad Guiselmum comitem Laureti.

v. Mon. s. Bartholomaei de Carpineto n^o *12^a et 12^c’ (*sup. p. 390*).

n^o *27^c (KEHR—):

‘(1188-89)

Clemens III committit, ad petitionem Pennensis episcopi, Attoni Aprutino episcopo et Berardo monacho s. Clementis <de Piscaria> quaestiones inter eum et monasterium s. Bartholomaei vertentes audiendas.

v. Mon. s. Bartholomaei de Carpineto n^o *23.

n^o *28^a (KEHR—):

‘(1190)

Clemens III iterum Raynaldo comiti Aprutii rescribit, quatenus monasterio s. Bartholomaei castella et omnia ablata restituat, ipsum deinde maneat et defendat, addens, si non faciat, se mandare Aprutino et Pennensi episcopis et abbati s. Clementis <de Piscaria>, ut ipsum excommunicationis sententia feriant.

v. Mon. s. Bartholomaei de Carpineto n^o *25.’

n^o *28^b (KEHR—):

‘(1190)

Clemens III mandat Aprutino et Pennensi episcopis et abbati s. Clementis, ut Raynaldum comitem Aprutii, commonitum et corrigi nolentem, excommunicationis sententia feriant.

v. Mon. s. Bartholomaei de Carpineto n^o *26.’

n^o 28^c (KEHR—):

‘(1191-92?)

Clemens III mandat <Attoni> Aprutino episcopo et abbati s. Clementis de Piscaria, ut Bernardum comitem Laureti et Mariam comitissam, uxorem eius, qui monasterium s. Bartholomaei ecclesia s. Mariae de Plano spoliarunt, de iure eidem monasterio integre servando admoneant.

v. Mon. s. Bartholomaei de Carpineto n^o *26^a’ (*sup. p. 392*).

n° *30 (KEHR—):

(1194)

Celestinus III constituit Aprutinum episcopum et abbatem s. Clementis de Piscaria arbitros in causa quae inter Gualterium abbatem s. Bartholomaei et Michaellem abbatem s. Petri de Laureto vertitur super ecclesia s. Mariae de Plano.

v. Loreto Aprutino, Mon. s. Petri n° *2.

5

Episcopatus Aprutinus (K IV 310-13)

Spatio parcentes, cum et insuper nulla alia mutatio in registis inducenda sit nisi haec 'v. Mon. s. Bartholomaei de Carpineto n° ... (sup. p. ...)' numeros regestorum inserendorum uno conspectu trademus, additis, ubi necessitas exigit, nostrarum castigationum paginis.

<i>Aprut. Episc.</i>		<i>S. Barthol.</i>	<i>Castigationes</i>
n° *15 ^a (K—)	=	*6	
n° *15 ^b	=	*7	
n° *15 ^c	=	*10	
n° *15 ^d	=	*12 ^a	v. sup. p. 390
n° *15 ^e	=	*23	
n° *15 ^f	=	*25	
n° *15 ^g	=	*26	
n° *15 ^h	=	*26 ^a	v. sup. p. 392
n° 15 ⁱ	=	27 ^a	v. sup. p. 392
n° *15 ^l	=	*35	

6

Monasterium s. Nicolai de Trotino (K IV 314-15)

n° 3 (KEHR—):

'Lateran. 1192 aug. 1

Celestinus III mandat episcopo Aprutino et abbati s. Nicolai de Trotina, ut Bernardum comitem Laureti et Mariam comitissam, uxorem eius, qui monasterium s. Bartholomaei ecclesia s. Mariae de Plano violenter spoliarunt, ab eodem episcopo Aprutino et ab abbate s. Clementis de Piscaria mandante Clemente Pp. III frustra admonitos, denuo de iure eidem monasterio servando moneant, secus absque appellatione ad id apostolica auctoritate adigant.

v. Mon. s. Bartholomaei de Carpineto n° 27^a (sup. p. 392).

7

Monasterium s. Petri de Laureto (K IV 289-90)

n^o *1 :

'(Lateran) 1194 (sept. 28?)

Celestibus III delegat episcopum Valvensem, ut causam inter Gualterium abbatem s. Bartholomaei de Carpineto et Michaellem abbatem s. Petri de Laureto super ecclesia s. Mariae de Plano decidat.

v. Mon. s. Bartholomaei de Carpineto n^o *34' (sup. p. 393).

n^o *2 :

'(1194)

Celestinus III constituit episcopum Aprutinum et abbatem s. Clementis de Piscaria arbitros in eadem causa.

v. Mon. s. Bartholomaei de Carpineto n^o *35' (sup. p. 393).

8

Episcopatus Marsicanus (K IV 239-44)

n^o *4^a (KEHR—) :

'(1122?)

[Calixtus II] committit ad suggestionem Grimaldi episcopi Pennensis Berardo Marsicano episcopo et S.R.E. cardinali causam inter ecclesiam Pennensem et monasterium s. Bartholomaei de Carpineto de tribus castellis, scilicet Viculo, Castilione et Penna, quae Eribertus Pennensis episcopus huic monasterio dederat, audiendam et terminandam.

v. Mon. s. Bartholomaei de Carpineto n^o *2.'

9

Additiones ad alios Italiae Pontificiae tomos.

Personarum ad quaedam loca relationes attendentes, sequentia item regesta statuere fas est, quae innuisse tantum sufficiet.

A) Ad t. I. ROMA :

I) S. R. E. Cardinales :

I) Berardus presb. card. s. Chrysogoni

I. Calixto II Pp. (1122?)

v. Mon. s. Bartholomaei de Carpineto n^o *2.

- 2) Leonatus diac. card. s. (?)
 1. Alexandro III Pp. (1170-81)
v. Mon. s. Bartholomaei de Carpineto n° *7.

- 3) Girardus diac. card. s. Adriani
 1. Lucio III Pp. (1185)
v. Mon. s. Bartholomaei de Carpineto n° *14.
 2. Lucio III Pp. (1185)
v. Mon. s. Bartholomaei n° 14^a.
 3. Lucii III vicarius mandat (1185)
v. Mon. s. Bartholomaei n° *15.
 4. Urbanus III mandat Girardo. *Veron.* (1187) febr. 5
v. Mon. s. Bartholomaei n° 19.
 5. Urbanus III Girardo vicario suo causam committit. *Veron.* (1187) febr. 5
v. Mon. s. Bartholomaei n° 20.

II) S. R. E. Subdiaconi:

- 1) Beraldus de Colomento
 1. Lucius III causam ei committit audiendam. (1182)
v. Mon. s. Bartholomaei n° *10.

- 2) Benedictus
 1. Celestinus III causam ei committit audiendam. (1192-93)
v. Mon. s. Bartholomaei n° *28.

B) Ad t. VIII CAMPANIA:
Montecassino, Monasterium s. Benedicti

- 1) Beraldus de Colomento
 1. Lucius III causam ei committit audiendam. (1182)
v. Mon. s. Bartholomaei n° *10.

TABULA REGESTORUM S. BARTHOLOMAEI SYNOPTICA

Sequentem tabulam conficiendis haec fuit nobis dux intentio, ut ea quae sparsim de regestis s. Bartholomaei vel eo pertinentibus diseruimus uno conspectu praeberemus ac ita expeditius omnia invenirentur. Undecim autem sectiones in quas ipsa dividitur haec fere continent :

Prima (b) seriem regestorum s. Bartholomaei iuxta Kehrium, auctam tamen (numeris litteris instructis) et emendatam (tunc in uncis apposito numero ut apud Kehrium asterisco praenotato), in qua ubi in uncis invenitur signum K' innuitur Kehrium quidem textum et novisse et edidisse, excerptim tamen, quem nostra editio supplevit ;

1^a-8^a ad reliqua regesta v. IV *Italiae Pontificiae* supplementa numeris a nobis chronologica ordinatis inserendis, ita quidem ut etiam personarum earumque ad loca relationum rationem haberemus, aliquatenus amplitudini magis quam Kehrius concedentes ; signo + numeros praenotavimus a nobis Kehrii seriei additos. Haec autem ordine sunt regesta :

1^o episcopatus Valvensis 2^o ep. Pennensis 3^o comes Laureti
4^o monasterium s. Clementis de Piscaria 5^o ep. Aprutinus 6^o monasterium s. Nicolai de Trotino 7^o monasterium s. Petri de Laureto
8^o ep. Marsicanus ;

9^a aliorum Italiae Pontificiae voluminum complementa, nempe I) pro cardinalibus S.R.E. 1 Berardo 2 Leonato 3 Girardo (n.º 1-5 docc. appictis); et pro subdiaconis S.R.E. 4 Beraldo de Colomento 5 Benedicto; II) pro monacho Casinensi 6 Beraldo (= 4);

Ultima paginas nostrae lucubrationis monet litteris *a-c* praenotatis, quibus innuuntur: *a*) privilegia pontificia a nobis in § IV edita, *b*) castigationes in § V quoad regesta s. Bartholomaei, *c*) eadem quoad reliqua (omisso *c* quando plura huiusmodi sequuntur). Paginarum numeros breviori modo referentes pro paginis quatercentesimam antecedentibus primam numeri notulam (i. e. 3) constanter omittimus.

b	c									Editiones (a) et Regesta (b, c)
	1	2	3	4	5	6	7	8	9	
S. Barth.	Valv.	Penn.	Lauret.	S. Clem.	Aprut.	S. Nic.	S. Petr.	Marsic.	varia	
I								*4 ^a	I	a89 c899 999
*2										a89
3										*75 b89
4 (K')										
5					*15 ^a					c598
*6				*27 ^a	*15 ^b				2	c496 598 9400
*7										
*8										
*9					*15 ^c				4.6	c598 9400
*10										*77 b89
II (K' I2?)										*79 b90
I2 (II?)				*27 ^b	*15 ^d					b90 c294 497 598
*I2 ^a		*I9 ^a								b90 c294 396
*I2 ^b		*I9 ^b	+ *2							*79s b90 c294s
I2 ^c		I9 ^c								
*I3									3 ¹	b 91 c295 9400
*I4		*23							3 ²	a80s b91 c295 9400
I4 ^a (I7?)		23 ^a							3 ³	b91 c295 9400
*I5		*24								b91 c295
*I6		*25								
*I7 (I4 ^a ?)										
I8									3 ⁴	a82 b91 c295 9400
I9 (*I9)		26(*26)							3 ⁵	a82s b92 c295 9400
20 (*20)		27(*27)								
*21		*28								
*22		*29			*27 ^c	*15 ^e				c497 598
*23		*30								
*24					*28 ^a	*15 ^f				c497 598
*25					*28 ^b	*15 ^g				c497 598
*26						*15 ^h				b92 c396 598
*26 ^a			+ *3							
27										a83 b92 c396 497 5.898
27 ^a			+ 4	28 ^c	I5 ⁱ	+ 3				
*28										
*29										a84 b92
30 (K')										
*31		*32								b92
32										b93
33								*1		b93 c193 799
*34	*26 ^a							*2		b93 4.598 799
*35				+ *30	*15 ^l					

VI

S. BARTHOLOMAEI DE CARPINETO
 ABBATUM SERIES CHRONOLOGICA
 IUXTA FR. ALEXANDRI CHRONICON ET REGESTUM

Abbatum s. Bartholomaei seriem a fundatione monasterii ad sua usque tempora completam fr. Alexander in Chronico tradidit, in quo legentes hanc nostram contexuimus, sexdecim abbates suo quosque loco recensentem, ab a. 962 ad a. 1194 (— 1217).

In Chronico fr. Alexander officii durationem annorum numero usque ad Oliverium (n° 14) designavit, uno Bosone excepto (n° 3), procul dubio notitias vel ab aliqua tabula monasterii officiali vel, probabilius, suae supputationi, in quibusdam certo deficienti, innixus expromens; nulli tamen cum anno incarnationis contulit. Quae animadvertenda putavimus, cum in Regesto quidam abbates, scilicet Bernardus, Giso, Ioannes (I) Castaldus, Adam (n° 5. 6. 8. 10) nusquam occurrant, si aequatio inter Azonem (n° 4) Chronici et Stezonem Regesti insuper teneatur. Praeterea pro aliquot abbatibus, nempe Stephano, Erimundo, Adam, Sansone, Ioanne (III), Oliverio et Boamundo (n° 7. 9. 10, 12-15) obitus dies adnotatus legitur (quem cruce praefixa signabimus) adhibito hic certo monasterii obituario.

Supputatis autem durationibus a Benedicto (electo a. 962) ad Oliverium, cuius successor Boamundus a. 1182 a Pontifice confirmatus est, summam anni 232 + 10 menses habentur, quae summa annis 12 + 10 mensibus maior est numero annorum a 962 ad 1182 computando. Aequatio quidem fere posset repeti a lectione numerorum ordinali, concesso quoque brevi temporis intervallo Bosoni abbati; sed difficultas oritur ab adnotata fractione 10 mensium ad officium Ioannis (II), qua anni muneris cyclus integer supponitur. Commode igitur e Regesto et aliunde universa quae seriem et certiore et diligentiore reddant promenda sunt. Principem in hac re locum obtinent privilegia confirmationis pontificia, e qua in monasteriis Apostolicae Sedi immediate subiectis muneris abbatialis initium ad iuris normam sumit. Huiusmodi servantur pro Oliverio (n° 14), Boamundo (n° 15), Gualterio (n° 16). Reliqua instrumenta et concessionem, si initia et fines officii non praebent sane, magna haud carent utilitate, cum certas temporis notas referant.

Seriem in sequentibus continuam texemus, adnotatis brevissime fontibus plenius in imo folio afferendis, hoc modo: C = Chronicon, K = Kehr, R = Regestum (e Regesto extremis tantum annis allatis).

Chronologiam vero singulorum abbatum e fontibus aut coniecturis erutam sic (apposito R si e Regesto cum Chronico consentiente) primo loco signabimus, ut crassioribus numeris certos, ordinariis iuxta Chronicon probabiles, inclinatis autem mere coniectos annos exprimamus.

1. Benedictus 962-972	a. 10 C	a. 962 R
2. Constantius 972-975	a. 3 C	a. 973 R
3. Boso 975-979		a. 978-79 R
4. Azo (= Stezo R?) 979-996	a. 17 C	a. 980/1 (Stezo) R
5. Bernardus 996-1012	a. 17 C	
6. Giso 1012-1029	a. 18 C	
7. Stephanus 1029-1046 (= R)	a. 17 † 7id sept C	a. 1029-1046 R
8. Ioannes (I) Castaldus 1046-1047	a. 3 C	
9. Erimundus 1047-1072	a. 25 † 8kl febr C	a. 1047-1071 R
10. Adam 1072-1075	a. 3 † 15kl ian C	
11. Ioannes (II) 1075-1076	a. 10 m. 10 C	
12. Sanso 1076-1110	a. 35 † 3id nov C	a. 1076-1110 R
13. Ioannes (III) 1110-1149	a. 39 † 5kl ian C	a. 1118-1145 R
14. Oliverius 1149-1181	a. 35 † 2kl sept C	a. 1149 R 1149-1169 K
15. Boamundus (de Luco) (1181). 1182-1193	† 18kl mai C	a. 1182-1186 R 1182 K
16. Gualterius 1194-1217 (1216?)		a. 1194 RK - 1217(?) R

Romae 1949

FR. GRATIANUS A S. TERESIA, O. C. D.

1 IS ²X^b 351 s C n° 9. 10 s. 13 R 2 IS ²X^b 352 C n° 15 R 3 IS ²X^b 352 C n° 16-18 R 4 IS ²X^b 352 C n° 19 R 5 IS ²X^b 352 C 6 IS ²X^b 352 C 7 IS ²X^b 353 C n° 20. 23-31. 52 R 8 IS ²X^b 353 C 9 IS ²X^b 353-357 C n° 62s 71 86 88 91s 94s 99 102-105 109 115; R 10 IS; ²X^b 357 C 11 IS ²X^b 357 C 12 IS ²X^b 357-361 C n° 116 119 s 122 s 125-127 R 13 IS ²X^b 361-367 C n° (118 121? 'presbiter monachus et prepositus') 128-135 R 14 IS ²X^b 367-374 C n° 4 K (privilegium confirmationis) = n° 136 R, n° 5 K (1169 iun. 25) 15 IS ²X^b 374-380 C Boamundi de Luco, monachi s. Clementis de Piscaria, electio confirmata ab Alexandro III (K n° 8), impugnata vero ab episcopo Pennensi, tandem post causam agitatam Catuniani coram Pontificis iudices delegatos, appellatione interposita, definitive approbata est a Lucio III causa ipsa coram dirempta (K n° 9-11). Cum Alexander III a. 1181 aug. 30 obierit, electio et confirmatio Boamundi hoc ipso mense probabiliter evenisse censenda est, obitusque Oliverii mense circiter precedenti accidisse. Appellatio episcopi iam a Lucio III acceptata est (post 1 septembris), qui nuncios misit negotium minime confecturos ob appellationem ad Sedem Apostolicam interpositam. Decisio Lucii III Velletri primo eius pontificatus anno (1 sept. 1181-82) data est, et quidem ad finem eiusdem (propter n° 12 = 3 nostrae editionis), quare a. i. 1183 in privilegio notatum (K n° 11) haudquaquam admittendum ducimus. Cum Romae ad s. Laurentium extra moenia die 14 aprilis extremum diem obierit (K n° 28) et a. 1194 mart. 28 Romae iam sit nota successoris electio (K n° 30), recte eum a. 1193 vita functum esse concluditur. n° 142-144 147 s 153 155 s R 16 electus probabiliter ineunte martio 1194 (cf. K n° 30), tantum 28 septembris munus benedictionis obtinuit. Cum in episcopum Pennensem esset assumptus, duas de successore Honorius III a. 1217 litteras misit: 28 febr. de eligendo abbate et 10 mai, electionem factam improbens ac novam absque appellatione a Pandulfo subdiacono suo confirmandam indicens. Eubel — *Hierarch. Cath.* 21394 'ob. Anast. (1216) | Gualterius O.S.B. 3 | 1216, 1220 | Gams 911'; et in nota 3) 'Consecr. ab Hon. III a. 1 (lib. 1 f. 103)'. — a. 1216 Gualterii episcopatum inchoans nostrum consensum vix obtinebit.